

*Qualis erat, postquam est index de lite iocosa*

*Sumptus, Apollinea clarus in arte senex.*

Ex quibus & Iuuenalis Sat. 6. illud constanter affirmavit:

*Vir nollet fieri: nam quantula nostra voluptas?*

Et id quoque, quod diximus, è Medicis, præter eos, quos citauimus in princip. huius versu. asserit Petrus Aponensis in Conciliatore, differ. 3. 4. & in Comment. Problematon Aristotelis lib. 4. cap. 15.

116 **¶** *Qui contrà femuerunt.* Quamquam Hippocrates, aut, vt placet Galeno, Polybus in libro *περί γυναικός*, id est, de genitura, cōtrā asserit, virum scilicet in coitu maiore voluptate affici. Semen enim viro concussu vehementiore, quàm fœminæ, ab humore repente secerni, ob eamque causam virum impensius delectari. At Gorræus Parisiens Medicus impense doctus, qui eum librum eleganter, & fideliter in Latinum traduxit, in Annotationibus eiusdem, Tametsi (inquit) maribus semen calidius, acrius, copiosiusq; inest, motiq; ipsi maiore, quàm fœminæ, in coitu concutiuntur, plûsq; multo caloribus, & spiritibus obtinent, quamobrem ex his maior esse maris quàm fœminæ voluptas videri possit: tamen in fœmina alia priuatim considerare oportet, quæ inter præcipuas, & potissimas voluptatis veneræ causas esse possunt. Siquidem eius vterus magno virilis seminis desiderio tenetur, ipsûmq; mirum in modum appetit, & attrahendo, sugendo, concipiendq; impensissimè delectatur. Est enim ea in re vterus ventriculo similis. Sicut enim iste suauibus cibus, potibûsq; gaudet, eosque auidissimè amplectitur, ita ille semen amat, habetque gratissimum.

117 **¶** *Virgines maxime in Venerem prone, aut dulcius esse putant, quod nesciunt.* Maxime autem virgines feruntur prone esse in Venerem, vt pote quæ magis expectant eam voluptatem experiri, cuius hætenus fuerunt expertes, vt scribit Diuus Thomas in 4. sentent. & Anto. Flo. in 2. parte Summæ, tit. 5. prout retulit è nostris Matthæ. Afflic. in constitutione Sicilia, cuius initium est, si quis rapere. col. 2. versu. sed quæro quæ est ratio. Et ante hos Hieronymus in libello, de Virgine suspecto cōtubernio, Libido (inquit) in virginibus maiorem famem patitur, dum dulcius esse putant, quod nesciunt. Quem loco non designato citat, & sequitur glo. in c. viduas. le. 1. in verbo, vsq; sunt, 27. q. 1. vbi & text. hoc clanculū innuit. Et in eam sententiam Hieron. ipse ad Gaudetiū, de Pacatula infantulæ educatione, scribit eos facilius libidine carere, qui aliquando experti sunt corporis voluptatem, quàm eos qui à puertitia libidinem nesciunt. Ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti. Illos vitare penitentia suauitatis insidias: hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandientes, dum mella putant, venena noxia reperire. Et huc pertinere potest, quod scribit Matthæus Afflic. in c. 1. §. item si fidelis. colum. 2. versu. scias tamen. tit. quib. mod. seu. amit. magis peccare viduam stuprando, quàm virginem, veluti minus sollicitetur vidua, quàm virgo: idè quæ magis peccat, iuxta ea quæ diximus supra in Leg. Connu. 2. nu. 28. incip. sed quid tantum. licet ipse Matthæus aliis rationibus moueatur.

118 **¶** *Alij ediuerso corruptis memores pristinae voluptatis.* Verum idem Hieronymus ipse, non semel contrarium nõ obscure scripsit. Nam ad Gerontiam de Monogamia, Certè, inquit, multo laboriosius est, eo non frui quod habeas, quàm desiderare quod amiseris: vnde & virginitas in eo facilius est, quod carnis incontinentia non norit, & viduitas in eo sollicitior (aut, vt alij legunt, felicitior) quod præteritas animo recolit voluptates. Et iterum libr. 1. contra Iouinianum, loquens etiam de viduis: Quantoque est maior difficultas, expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tantò maius est præmium. Rursûmque ad Celantiam de institutione matrisfamil. loquens de vidua quadam pudica, Magni, inquit, hoc animi signum, & perfectæ virtutis indicium est; renuntiare expertæ voluptati, fugere notas carnis illecebras, & calentis adhuc ætatis flammæ, fidei amore restinguere. Et ante Hieronymum Tertullianus libro primo, eorum, quos ad vxorem scripsit: Quanti (inquit) est vidua ipsa, cuius assertor Dominus

nus disputauit: Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida, & tota sanctitas de proximo visura sit faciem Dei. Tamen vidua habet aliquid operosius, quia facile est non appetere, quod nescias, & auerfari, quod desideraueris nunquam. Gloriosior continentia, quæ ius suum sentit, quæ quid viderit, nouit. Poterit virgo felicitior haberi, at vidua laboriosior: illa, quod bonum semper habuit: ista, quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista virtus coronatur. Et huius quoque sententiæ fuisse videtur Diuus Ambrosius statim in initio libri de viduis, scribens viduas, cum viro castum cubile custodiunt, documento virginibus esse, integritatem Deo esse seruandam. Et propemodum (inquit) non inferioris virtutis est, ab eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit, quàm coniugij oblectamenta nescire. Et Timotheus Episcopus lib. 1. eorum, quos ad Ecclesiam catholicam scripsit, loquens de coniugibus continentiam profesis: Quomodo (inquit) ad se pertinentia aliis addicant, qui seipso sibi denegant? Tam noua enim virtute præditi, concessasq; & quod maius est, expertas corporum voluptates admirabilis continentia autoritate calcantes, &c. Et è nostris glos. in c. 2. in verbo, facilius, de pœni. dist. 3. cum dicit, esse facilius seruare virginitatem, quàm post corruptionem, carnis seruare continentiam. Et hoc quoq; multis probat & confirmat Io. Gerson non omnino malus autor, in lib. de Cœlibatu virginum, cap. 3. Et hæc item partem fulcit Aristoteles lib. 7. de Historia animalium, cap. 1. Voluptatis (ait) quæ olim gestiferent, maiores, desiderio mouentur præterita contrectationis. Et Andr. Alcia. in l. malum. §. viduam, in fi. D. de verbor. signifi. Nam difficilior (inquit) his est quæ illucium Veneris expertæ sunt. Et huc quoque respicit illud Virg. lib. 3. Geor.

*Atque vbi concubitus primos iam nota voluptas sollicitat.*

119 **¶** Sed vtruncq; sit, illud certè minimè dubium est, puellas recenter stupratas, coitus esse appetentiores, quia nõ dum per ætatem, in iis est multum humoris spermatici. Ideoq; nihil, aut certè minimè, ex eo emittunt in concubitu. Hinc fit, vt quantò magis coeunt, tantò quoq; magis appetant: nempe quia per Venerè his humor attrahitur, sed non emittitur. Cum autem attrahitur, calor simul, & venter fitas generatur: quæ res maximè coitum stimulant. Item cum earum meatus sint adhuc angusti, is humor, quantuluscunq; in eis est, non facile labitur. Ideoq; titillatione illa veneræ admodum oblectantur, quod possint huiusmodi humorem expellere, vt sciētè differunt Petrus Aponensis maximus sua tempestate Philosophus, in commentariis in Aristotelis Problemata lib. 4. c. 26. monens propterea parentes, vt filias eo tempore diligenter custodiant: & alias quoq; eius rei adfert rationes, quas illic videre omnibus promptum est. At ipse Aristoteles lib. 7. de Historia animalium, ca. 1. suadet etiam puellas tum maximè custodiendas esse, cum menses habere incipiunt: tunc enim præcipuè ad vsum rei veneræ incitari. Sed & illud ibi subiungit, eas quæ admodum puellæ concubunt, libidinosiores per totam ætatem euadere: meatus enim laxari, reddiq; eo corpus lubricum. Quod & ipsum tradit Galenus ad fi. libr. 6. de Locis affectis. Et idem propè dixerat idem Aristoteles lib. Politicōn 7. ca. 16. dum scribit, ad continentiam vile esse, nuptias fieri feriores: intemperantiores enim esse videntur, cum puellæ Veneri assuescunt: quod & nos alibi retulimus. Huic autè, quod de custodia huiusmodi puellarum illi scribunt, cōcinit illud Eccles. 42. c. Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur. Et paulò post: Super filiam luxuriosam cōfirmata custodia, ne quædam faciat te in opprobriū venire inimicis. Ex quo est & illud Alciati nostri Emble.

*Puellas recenter stupratas coitus appetentiores.*

*Puella tum custodienda, cum menses incipiunt.*

*Libidinosiores euadere, quæ puellæ concubunt.*

*Vera hæc effigies inuictæ est Palladis: eius*

*Hic draco, qui dominæ constitit ante pedes.*

*Cur diuæ comes hoc animal? custodia verum*

*Huic data, sic lucos templaque sacra colit.*

*Inuictas opus est cura asseruare puellas*

*Peruigili, laqueos undique tendit amor.*

120 ¶ At potissimum mulieres grauidæ, cuiuscunque ætatis sint, concubitum appetunt magis, & magis quidem, quam quæ ventrem non ferunt. Tunc enim conceptum semen neruos mouet, & inde confricationis ardor innascitur, vt Alberto Magno in libro de Animalibus, & aliis plerisque placere video. Sed his apertè repugnat Aristoteles maximus rerum naturæ professor, libro Problematon 18. cap. 47. quo in loco, Quæ, inquit, grauidæ esse cœperunt, minùs auidæ Veneris euadunt, menstruæ purgationes nulla præterea veniunt. Vbi & ipse Aponensis illi subscribit, dicitque id potissimum obtinere, si mulier marem vtero gerat. Idem quoque tradit Aëtius Tetrabibl. 4. Sermonè 4. cap. 8. Cæterum Matthæus à Gradibus, Medicus & Philosophus non poenitendus, con. rei medicæ 80. cuius caput est, clarissime Doctor, refert quandam nobilem mulierem, cum prægnans non erat, in furias magna coëundi cupiditate rapi solitam: postquam verò concepisset, ab ea passione liberari. Hucque accedit, quod scribit Plutarchus in libro de tuenda bona valetudine, mulieres grauidas veneficiis vtique, quibus abortum faciunt, scelerumque perdant, vt rursus implentur, ampliusque voluptuentur. Ego verò, vt hos in concordiam reducam, puto vtrasque & prægnantes, & vacuas, huius rei esse auidissimas, vt vix dignosci queat, vtræ auidiores sint.

121 ¶ Constat autem mulieres steriles, præ cæteris esse libidinosisimas: quia cum non satis expurgentur, plurimo illas spermate abundare necesse est. Hoc enim, vt in maribus non excretum, vehemens coëundi desiderium excitat, ita in fœminis id ipsum efficere natum est. Nec id quidem abs re fieri. Menstruas enim fluxiones excrementorum spermatis cuiusdam esse egressionem, cum aliud nihil, quam non benè coctum semen, sint hæ menstruæ superfuitates. Idèd quæ multipara animalia sunt, cum crebro fœtu excernant id superfluum, atque eo modo abundè copiosèque expurgentur, continentiora non immeritò existimantur. Quod à Nicolao Leonico Thomæo, rerum naturalium doctissimo interprete, quæstionum quoque naturalium cap. 60. proditum est. Sed quod accepisse videtur ex Aristotele, libr. 4. de generatione animalium, cap. 5. licet subtriceat.

122 ¶ Sed quod ad ordinem siue statum pertinet, satis constat, vxores eorum, qui militiam ac bella sequuntur, maximè impudicas esse. quod & nostris legibus proditum est, si quondam. & I. quamuis. C. de adulter. Nam & legimus, Clytæmnestram Agamemnonis vxorem, Metellam Syllæ, Pompeiam Tertiam Cæsaris, Mutiam Pompeij, Clodiam & Scruiliam Luculli, alteram Clodiam Metelli, Apuleiam, ni fallor, Lepidi, summorum bellatorum, aliorum se libidinibus scædè polluisse. Agamemnonis vxori testimonium omnes perhibent, suntque in eam rem multa Tragædiæ & Latine & Græcæ. Syllæ, Cæsaris, Pompeij, Luculli. Diuus Hieronymus in Iouinianum lib. 1. cap. 3. 9. & præterea Syllæ & Pompeij Plutarchus in Vita eorum, itémque ipsius Cæsaris Asconius Pedianus, & ante hos Cicero libro 1. Epistol. 9. Rursusque ipsius Pompeij Suetonius in Vita Cæsaris, cap. 50. & Asconius Pedianus in Argumento orationis Ciceronis pro M. Scauro. Et Luculli ipse Cicero libro primo, Epistol. 15. & Plutarchus in Vita illius. Tum item ipsius Pompeij ipse Pedianus, & Suetonius in Vita Cæsaris, & non nihil Tullius, vbi suprâ. Q. Metelli ipse Tullius in oratione pro Cælio, in qua illam Clodiam, P. Clodij sororem miris impudicitia contumeliis aspergit. Ea autem eiusdem Metelli vxor fuit, vt patet ex eodem Tullio Epistol. Famil. lib. 5. Epistol. 2. & Quadrantaria dicta fuit ex historia, quæ illam maximè impudicam fuisse ostendit: quam eleganter narravit Plutarchus in Vita Ciceronis. Et deniq; Lepidi Plutarchus in Vita Pompeij: vbi & illud scribit, quod postquam ipse Lepidus Italiam subegit, & Sardiniam occupauit, morbo interiit, mœstior quod in literulam quandam incidit, ex qua adulteram vxorem cognouit.

123 ¶ Sicut id facit longa maritorum, tantisper dum in bellis peregre occupantur, ablen

absentia: siue etiam ipforum virorum in alienas mulieres, per vxorum absentiam impudicitia. Nam de primo illud est Propertij:

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Ex quo Ouidius libr. 2. de Arte amandi illud monet:

Sit mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ,

Vanescitque absens, & nouus intrat amor.

Quod confestim exemplo probat:

Dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,

Hospitis est tepido nocte recepta sinu.

Aristoteles enim libr. 8. Ethicorum ad Nicomachum, c. 5. tradit obliuionem amicitia ex diuturniore absentia induci. Nam ita propemodum scribit: Quod si diuturna fuerit absentia, videtur & amicitia obliuionem adferre: vnde dictum est illud, Multas amicitias silentium diremit.

Amicitias absentia solui, aut minui. Prouerbiū.

124 ¶ Quod autem ad secundum pertinet, idem Aristoteles libr. Politicorum 2. cap. 7. tradit eos, qui primi fabulati sunt, non irrationabiliter Venerem Marti coniunxisse. Nam omnes huiusmodi homines proni sunt ad mulierum, vel etiam marium concubitum. Eius enim hæc verba sunt: Εἰς οὖν γὰρ ὁ μυθολογῶντας πρῶτος ἐκ ἀλόγως συνέβηαι ἢ ἄρα πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. ἢ γὰρ πρὸς τὴν Ἥρην ἀρξέντων ὀμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν Ἥρην γυναικῶν φαινοῦσαι λέξαντες οἱ ποιῶσι. Hincque est etiam illud Arnobij lib. 3. aduersus gentes: Etiamne militaris Venus castrensibus flagitiis præfides? Eorum igitur vxores ob id infensæ (quod de ipsa Clytæmnestra Agamemnonis dicemus postea in 13. Lege connubiali, num. 35. incip. caueant) aliorum quoque virorum concubitum sceleratur. Nihil enim est omnium rerum, quod eas magis impudicas faciat, quam ipforum maritorum impudicitia, vt & inibi, & num. seq. ostendemus.

125 ¶ Verum (quod apud omnes in rem iudicatam transit) omnes fœminas cuiuscunque ætatis, siue virgines sint, siue mulieres, siue vtero gerant, siue non gerant, æstare potissimum, Veneris auidiores esse constat, viros contra hyeme, sicuti ab Hesiodo lib. 2. eius operis, cui est titulus, ἔρα καὶ ἡμέραι, scriptum est illis versibus:

Fœminas æstate, viros hyeme coitus appetentiores.

--- ἔρα καὶ ἡμέραι ὄρε

μαχλοῦται δὲ γυναικες, ἀφαιρόντων δὲ τοι αἰετος

ἔστιν, ἐπὶ λεφελῶν, καὶ γυναικα Σέρι ἄβ.

--- Flagranti temporis æstu

Fœmineo Venus est vsu magis effera sexu,

Mitior illa viris, & sepe accita relanguet.

Quod & repetit Aristoteles libr. Problematon 4. cap. 26. & iterum c. 29. rursusque lib. de Histor. animalium 5. c. 8. Et Plinius libr. 10. c. 63. Huiusque rei rationem reddit Aristoteles illo priore loco, quoniam naturæ calidæ præ nimio calore æstui temporis æstuant, collabunturque: frigida verò refoventur, & vigent. Est autem vir calidus, & siccus, mulier frigida humidaque: ergo virorum tunc vires infirmantur, mulierum verò corroborantur: & vigent per compensationem qualitatis contrariæ. Posteriori quoque loco idem fermè scribit, quia videlicet viris calidior natura est, & ficcior: mulieribus contra frigidior, & humidior. Ideoque illis humor, & calor satis cupiditatem Veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus ex rebus semen oriri certum est. Mulieribus autem, & calor minor, & humor concretus propter caloris inopiam tunc est. At per æstatem, mulieribus ipsis calor modicus, viris largior, quam satis est. Nihil autem vires frangit atque dissoluit. Quod hinc videre licet, quod pueri per æstatem tenuiores redduntur, nimirum quia ignis igni additur. Sed & eandem rationem affert Io. Grammaticus in enarratione illius loci Hesiodi, nisi quod eam dilucidius adscribit, Græcè quidem, sed in hunc sensum: Nam mulieres æstate, cum sint humida natura, & multò frigidior, quam viri, Solis vi & æstus ad temperiem rediguntur, eliquato scilicet ac digesto, quod ex humectatione profuebat. Viris au-

tem innata siccitas ætate plurimum augetur. At hyeme contraria omnia fiunt. Nam viri humectatione ad temperiem rediguntur, mulieribus in diuersam affectionem abeuntibus.

126 **Fœminas, flo-**  
**rente scolymo,**  
**Veneris auidis-**  
**simas, viros cõ-**  
**trã.**  
¶ At illud certè mirum est, modò verum sit, quod Plinius libr. 22. c. item 22. ex Hesiodi, & Alcæi, & veterum Poëtarum testimonio scribit, florente scolymo herba (alij Limonium appellant, estque species cardui) mulieres libidinis auidissimas esse, viros autem contrã in coitum pigerrimos, veluti prouidentia naturæ hoc adiumento tunc valentissimo, vt ille tradit. Ego verò naturam accusare nec auisim, nec velim: sed fortè consultiùs prouidisset, si & æquales ignis stimulos, viris que in Venerem vtrique sexui eodem tempore tribuisset, vt alter alterius ope commodius subleuaretur.

127 **Fœles fœminæ**  
**salaces.**  
**Mus fœminæ li-**  
**bidinosissima.**  
¶ Cæterum vt hoc caput de mulierũ libidine finiam, illud possum dicere de omnibus fœminis, quod Aristoteles libr. 5. de Natura animalium c. 2. de felibus tradit, scilicet fœminas eius generis natura libidinosas esse, & salaces: maris que ad coitum ipsas frequenter allicere, inuitare, cogere: punire etiam, nisi lubenter parent. Quod item de muribus nonnulli tradit, & in his Aelianus in Historia Animalium, murem fœminã ait maiore Veneris rabie flagrare, ideòq; Epicratem Ambracioten, mediæ Comædiæ Poëtam, in Poëmate, quod Chorus inscribitur, ita cecinisse:  
*Postremò subiit detestabilis lena,  
Deieryans per Dianam esse vitulam,  
Esse virginem, esse pullam nondum domitam.  
At illa murina erat.*

¶ Et uacca.  
Qua hyperbole salacissimam fuisse significat. Idem Aelianus tradit Aegyptios vaccam ideo venerari, quòd affinitatem cum Veneri habere existimetur. Nam id animal tanto impetu in Venerem incitatur, vt cum maris vocem audit, ad coitum vehementissimè inflammatur.

128 **Mulieres præ-**  
**sipites.**  
¶ Satis ergo probatum est, mulieres esse admodũ luxuriosas. Ex quo & illud proficiscitur, quòd cũ præcipitatio, inconstantia, amor sui, & desperatio sint ex numero filiarum luxuriæ, sicuti à Gregorio quoque, & Neoterico Theologis scriptum est, idcirco & mulieres his maximè vitiis vltro sunt quodãmodo obligatæ. Eas enim esse maiorem in modum præcipites, testimonio est Seneca in Hippolyto inquit:  
*Quid sinat inausum fœminæ præceps furor?*  
Et apertius Valerius ad Rufinum inter epistolas Diui Hieronymi: Infani capitis, & præcipitis est fœmina, in deliberata semper voluntate, præcipuum arbitrat, quod vult, & quod non expedit.

129 **Mulieres incõ-**  
**stantes, uariæ,**  
**leues.**  
¶ Item incõstantes, varias, leues, vagas, mobiles, instabiles, mutabiles esse mulieres (quod non admodũ distat à præcedenti) probat illud Virgilianum lib. 4. Aeneidos:  
*— Varium & mutabile semper  
Fœmina!* quod vsurpauit Summus Pontifex in c. forus. ad fi. ext. de verb. sig. vbi gl. versus quosdã vulgares in eã ipsam adducit sententiã. Et ad id optimè facit text. in l. filia in orbitate. C. de inoffi. testa. ibi, nec ex momentariis voluntatibus matris, & ibi Doct. qui eum text. ad id not. sicuti & Io. Fab. in l. vlt. C. de iur. & fac. igno. Ea autem l. loquitur de matre quapiam, quæ filiam nuptui tradiderat genero à se delecto, moxq; eius matrimonij nulla iusta causa penituerat, sollicitatq; filiam de faciendo diuortio, ita vt filia ex momentariis voluntatibus matris cogeretur esse nupta simul & vidua. Cuius rei simile exemplum habes apud Terentium in Hecyra, vbi Laches alloquitur Sostratam vxorem:  
*Tuos esse illi mores morbum magis, quàm vllam aliam rem arbitror:  
Et merito aded: nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit  
Ducere vxorem: & que vobis placita est, conditio datur.  
Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem exigunt.*

Ex quib

Ex quibus etiam intelligis, id perpetuum esse omnibus mulieribus. Sed & huc spectat alius text. in c. de viduis. l. 2. 27. q. 1. in illis verbis, sexus fragilis atq; instabilis.

131 **¶** Propterea Elegorum facilè princeps Tibullus libr. 3. sic scribit, cum de muliere De eadem re loqueretur,  
*Sed flecti poterit, mens est mutabilis illis.*  
Et Terentius in Phormione, Mulieres, inquit, sunt formè, vt pueri, leui sententia. T. Lilius quoque scribit, animum mulierum esse paruis rebus mobilem: cuius hæc verba sunt ex libr. ab Vrbe condita 6. Cæterum is risus stimulos paruis mobili rebus animo muliebri subdidit. Et alibi, videlicet libr. 4. Belli Macedonici: Virorum (inquit) hoc animos vulnerare posset, quid mulierularum cenfets? quas etiam parua mouent. Propertius item libr. 1. ad Gallum:  
*Non est illa vagis similis collata puellis.* Et libr. 2. ad Meccenatem:  
*Si memini, solet illa leues culpæ puellas.*  
Et alibi animos fœminarum anteponit mobilitati Syrtium ventis agitarum, & leuitati foliorum:  
*Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,  
Nec folia hyberno tam tremefacta Notæ:  
Quàm citò fœminæ non constat fœdus in ira:  
Sive ea causâ grauis, sive ea causâ leuis.*  
Sed & Horatius lib. Car. 1. Ode 5. mulierum instabilitatem, auram vocauit.  
*— Nescius aure. Fallacis, & cætera.*  
Nec defuit huic sententiæ Ouidius, qui lib. 2. de Arte amandi, Parua (ait) leues capiunt animos, scilicet mulierum, de quibus loquitur. Et alibi lib. 2. Elegiarum:  
*Verba puellarum folijs leuiora caducis,  
Irritæque, vt visum est, ventus & aura ferunt.*  
Et Iulius Titus Calphurnius Siculus in Bucolico carmine Ecloga 3.  
*Mobilior ventis ô fœmina.*  
Modestius verò Solomon, qui nõ mobiliorem ventis fœminam dicit, sed eam illis omnino similem facit, scribès Prouerborũ 27. Qui tenet eã, quasi qui ventũ teneat. Seneca grauisissimus autor, ad Gallionẽ de Remediis fortuitorũ: Nihil (inquit) tam mobile, quàm fœminarũ voluntas, nihil tam vagũ. Apuleius quoq; li. 1. Meta. scribit leuitatẽ esse genuinã mulieribus. De qua re quoq; Aesopus festiuissimus Apologorum scriptor, apud Planudẽ λέξου (inquit) τὸ τῆς γυναικῶν ἄν φῶλον, id est, Leue fœminarum est genus. Quin & Diuus Hieronymus, si is est (vt scriptores ecclesiasticos non prætermittamus) in epistola ad Demetriadem: Quantò magis in fœminis, quarum mutabilis fluctuansque sententia, si suo arbitrio relinquatur, citò ad deteriora delabitur. Hinc exiit vetus illud apud Festum prouerbum, Nec mulieri, nec Prouerbum. gremio credi oportere: quòd & illa incerti, & leuis animi est: & plerumque in gremio posita, cum in obliuionem venerunt, exurgentibus procidunt:

132 **¶** Sed vis interim audire exemplum memorabile leuitatis, simulque impudiciæ muliebris? Id certè nobis suppeditabit Petronius Arbitrator: Matriona (inquit) Ephesi tam notè erat pudicitie, vt vicinarum quoque gentium fœminas ad spectaculum sui euocaret. Hæc cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus sparsis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentia plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in hypogeo, Græco more, corpus custodire, ac flere totis noctibus diebusq; cepit. Sic afflicta se, ac mortem inedia persequentem, non parentes potuerunt abducere, non propinqui: magistratus vltimò repulsi abierunt: comploratq; singularis exempli fœmina ab omnino quintum iam diem se alimentò subtraherebat. A sidebat agræ ancilla, lachrymas commendabat lugenti, & positum in monumento lumen reuocabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat, solum videlicet affluxisse verum pudicitie amoris exemplum, vt omnes omnis ordinis confitebantur: cum interim Imperator prouincia

Muliebris leuitatis exemplum memorabile.

latrones iussit crucibus affigi, secundum illam casulam, in qua recens cadauer matrona deslebat. Proxima ergo nocte, cum miles, qui crucem seruabat, ne quis ad sepulturam corpus detraheret, notasset ibi & lumen inter monumenta clariùs fulgens, & gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret. Descendit igitur in cōditorium, visaque pulcherrima muliere, primò quasi quodam mōstro, infernisque imaginibus turbatus, substitit: deinde vt corpus iacentis conspexit, & lacrymas considerauit, faciēque vnguibus sectam, ratus scilicet id quod erat, desiderium extrinsecti non posse feminam pati, attulit in monumentum cœnulam suam: cœpit hortari lugentem, ne perseueraret in dolore superuacuo, ac nihil profuturo gemitu pectus diduceret. Omnium eundem esse exitum, sed & idem domicilium, & cætera, quibus exulceratae mentes ad sanitatem reuocantur. At illa ignota consolatione perculsa, lacerauit vehementiùs pectus, ruptoque crines super pectus iacentis imposuit. Non recessit tamen miles, sed eadem exhortatione tentauit dare mulierculæ cibum: donec ancilla vini certè ab eod ore corrupta, primùm porrexit ad humanitatem inuitantis victam manū, deinde referta portione & cibo, expugnare cœpit dominæ pertinaciam. Et quid proderit (inquit) hoc tibi, si soluta inediā fueris? si te viuam sepelieris? si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis? id cineres aut manes sepultos credis sentire? Vis tu reuiuiscere: vis tu discusso muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te iacentis corpus commouere debet, vt viuas. Nemo inuitus audit, cum cogitur aut cibum sumere, aut viuere. Itaque mulier, aliquot dierum abstinentia sicca, passa est frangi pertinaciam suam, nec minùs auidè se repleuit cibo, quam ancilla, quæ prior victa est. Cæterùm scitis, quòd plerunque soleat tentare humanam mentem fatietas: quibus blanditiis impetrauit miles, vt matrona veller viuere, iisdem etiam pudicitiam eius est aggressus. Nec deformis aut infacundus iuuenis castæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente,

—Placitōne etiam pugnabis amori?

Nec venit in mentem, quorum confederis aruis?

Quid diutiùs moror? ne hanc quidem partem corporis mulier continuit, victorque miles vtrunque persuasuit. Latuerunt ergo vnà, non tantùm illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, præclusis videlicet conditorij foribus, vt si quis ex agnatis cognatisque ad monumentum venisset, putasset expirasse super corpus viri pudicissimam vxorem. Cæterùm delectatus miles & forma & secreto, quicquid boni per facultates poterat, coëmebat, & prima statim nocte in monumentum ferebat. Itaque cruciati vnus parentes, vt viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoque mandauerunt officio. At miles circumscriptus, dum residet, vt postero die vidit vnā sine cadauere crucem, veritus supplicium, mulieri, quod accidisset exponit: nec se expectaturum iudicis sententiam, sed gladio ius dicturum ignauitæ suæ. Commonet ergo, vt illa perituro, locum & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minùs misericors, quam pudica, Nec istud Dij (inquit) sinant, vt eodem tempore duorum mihi charissimorum hominum duo funera spectem: malo mortuum impendere, quam viuum occidere. Secundum hanc orationem iubet ex arca corpus mariti sui tolli, & illi cruci, quæ vacabat, affigi. Vfus est miles ingenio prudentissimæ feminæ, posteroque die populus miratus est, qua ratione mortuus isset ad crucem. Hactenus Petronius.

132 **¶** Quin (vt ad nostros redeamus) Accursius in l. i. C. de confir. tut. dicit mutabile esse mulierum consilium. Bald autem in l. vlti. col. 3. versic. & dic quòd mulier. C. de minarum mobilitate. Mulier à feudo repellitur

132 **¶** Quin (vt ad nostros redeamus) Accursius in l. i. C. de confir. tut. dicit mutabile esse mulierum consilium. Bald autem in l. vlti. col. 3. versic. & dic quòd mulier. C. de minarum mobilitate. Mulier à feudo repellitur

132 **¶** Quin (vt ad nostros redeamus) Accursius in l. i. C. de confir. tut. dicit mutabile esse mulierum consilium. Bald autem in l. vlti. col. 3. versic. & dic quòd mulier. C. de minarum mobilitate. Mulier à feudo repellitur

132 **¶** Quin (vt ad nostros redeamus) Accursius in l. i. C. de confir. tut. dicit mutabile esse mulierum consilium. Bald autem in l. vlti. col. 3. versic. & dic quòd mulier. C. de minarum mobilitate. Mulier à feudo repellitur

his qui feud. dar. pos. Nam Vassallus (inquit) debet esse constans, per cap. i. tit. de no. for. fid. Id quod mulier præstare non potest. Glof. quoque in c. indemnitate. §. si autem nulla. in verbo, diuertant, de elect. libr. 6. rationem reddens, cur moniales eligentes publicato scrutinio, si diuerterint ad actus extraneos, non iam possunt ad illam accedere, quæ maiorem partem conuentus numero habet, vt ibi cauetur, licet secus sit in electione Papæ. Quoniam maior (inquit) constantia est in viro, quam in muliere, quod postremum etiam affirmat Alberic. in l. in multis. D. de stat. hominum.

233 **¶** In quam etiam sententiam Philipp. Deci. consil. 153. in causa matrimoniali, col. pen. versic. 19. non obstat, pulchrè dicit. quòd licet aliqui non præsumatur repente voluntate mutare, l. non ad ea. D. de condi. & demon. & in c. maiores. extra de baptis. ideoque suspectus est testis, qui deponit de subita voluntatis mutatione: quoniam in testibus respicitur, quod verisimile est. c. quia verisimile. vbi Panor. de præsumpt. cum si istud tamen cessaret, si deponeret de repentina voluntatis mulieris mutatione, per text. in d. c. forus. quod no. quia fortè alibi non legisti. Quamquam Carolus Ruinus in eadem facti specie consultus, & respondens consil. Decij, vt planum est ex vtroque, licet eum non nominet, cōsi. 151. gratissimum. col. 3. versic. tertio fuit dictum libr. 5. ex diametro tenet contrarium. Nam licet (inquit) mulier sit viro mutabilior, non tamen sequitur, quin in ea habeant locum leges dicentes, non præsumi mutationem repentinam voluntatis. Ego verò id arbitrio boni viri relinquo, inspecta qualitate negotij, personarum, & aliis verisimilitudinibus.

234 **¶** Dy. quoque in tract. de quæstionibus, versic. quo ordine sit habenda, scribit, quòd cum ij primùm sint quæstioni subiiciendi, à quibus veritas faciliùs eruitur, l. i. iuncta l. vnus. in princ. D. de quæstio. ideo priùs sunt scemina, quam mares, torquenda, vt quæ celeritè fatebuntur, cum habeant cor momentaneum, & instabile. Allegat d. l. filia. C. de inof. testa. & idem eadem ratione scribit Guido Suz. in tract. de quæstio. col. 4. versic. quo ordine. & ibi Ludo. Bolog. in addi. & Albert. Gan. in tract. de malef. in rubrica de quæstio. & tormentis. col. 2. versic. nunc videndum est. Ang. etiam in tract. malef. in verbo, fama publica, colum. 34. versic. nunc videamus de tortura, in paruis, & Paris de pute. in tract. de Syndicatu, in verbo, fortuna, §. viso de indicis. circa medium. & Philip. Deci. in l. scemina. columna 6. versic. 23. D. de regul. iur. Fran. Brunus in tractatu de indicis & tormentis, char. 12. col. 3. & Hippo. Marsil. in l. i. in princ. col. pen. D. de quæstio.

235 **¶** Quorum tamen sententia fortassis quibusdam poterit videri non vera, ob iam sæpiùs perspectam compertamque mulierum in tormentis constantiam. Commentatur enim historicorum monumentis Leæna meretrix, quæ vsque ad mortè cruciata à tyrannis, non prodidit consilia Harmodij, & Aristogitonis de tyrānicidio. Quamobrè Athenienses eam honorare volentes, ne tamè seortum celebrasse viderentur, animal eius nominis fecere: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab Iphicrate artifice veruerunt. Refert Plinius libr. 7. c. 23. & libr. 34. cap. 8. & meminit Pausanias libr. 1. in quo res Atticas tractat: & Athenæus & Polyenus Strategematon libr. 8. Et de hac re haud dubiè intelligit Tertullianus in Apologetico, c. 49. eodēque vlti. scribens: Attica meretrix, carnifice iam fatigato, postremò linguam suam comestam in faciem tyranni satietis expuit, vt expueret & vocem, ne coniuratores confiteri posset, si etiam victa voluisset. Et in libello ad Martyres: Celsit (inquit) carnifici meretrix Atheniensis, quæ conscia coniurationis, cum propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & nouissimè linguam suam comestam in faciem tyranni expuit. Ex quibus planè intelligitur, non ob eam causam, quam Plinius asserit, linguam Leænæ additam non fuisse, quòd videlicet, vt ipse autumat, non prodidisset consilium coniurationis, tanquam linguam non habuisset: sed quia ipsa sibi linguam amputauit. Et ne dubites

ob inconstantiā.

Voluntas non præsumitur repente mutata. Nisi in scemina.

Scemina priùs torquenda, quam mares.

Mulierum in tormentis constantia. Leæna meretricis constantia.

Plinius lapsus.

bites hanc eandem fuisse, de qua Tertullianus loquitur, audi Chronographum Eusebium ita dicentem, Harmodius, & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt. Leæna meretrix amica eorum, cum tormentis cogetur, vt socios proderet, linguam suam amputauit. De hac quoque Lactantius loquitur libr. 1. ca. 2. o. his verbis: Leæna cum tyrannum occidisset, quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. Sed & virgo quædam Pythagoræa idem fecisse legitur. Nam cum à tyranno cogetur secretum prodere, ne quid in se ad extorquendam confessionem vel tormentis liceret, morfu linguam abscidisse fertur, atque in tyranni faciem despuisse: vt qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quam interrogaret: vt retulit Diuus Ambrosius libr. de Virginitate 1. Epicharis quoque libertina in coniuratione aduersus Neronem nominata, nullis cruciatibus, nullisque tormentis perueniri potuit, vt coniuratos proderet: tantæque fuit fœminæ constantia, vt illam non verbera, non ignes, non ira eò acrius torquentium, ne à fœmina spernerentur, peruerit, quin obiecta denegaret: priusque spiritum expressit, quàm vocem ad detegendam coniurationem. At (quod dolendum est) quotquot viri eius coniurationis conscij, sunt tormentis adiudicati, confestim, vel non expectatis tormentis, coniurationem detexerunt, multosque, & consanguineos, & amicos prodiderunt: inter quos & Lucanus Poëta clarissimus hoc ipsum factitauit. Autor Cornelius Tacitus libr. Historiæ Augustæ 18, & è nostris meminit Bernard. Land. in addi. ad Albert. Gand. & Angel. vbi suprâ, & nonnihil quoque retulit Polyenus in eod. libr. 8. Strategematon. Idem Tacitus libr. 18, prodit, quòd cum Othonis milites in municipium Albintemelium grassarentur, & mulier quædam Ligustica filium abdidisset, crederentque milites simul pecuniam occultari, ob idque per cruciatum eam interrogarent, vbi filium occuleret, vterum ostendens, latere respondit: nec vllis deinde tormentis, nisi malis legere terroribus, aut morte constantiam vocis egregiæ mutauit. Quintilia quoque, fœmina ob pulchritudinem amabilis, amicæque multarum, iussu Caij Caligulæ torta cruciatæque, vt vi tormentorum coacta confiteretur conscios coniurationis eius, quæ dicebatur in ipsum Caligulam parata fuisse, cum ad tormenta duceretur, vnus ex conscjis pedem calce premens, significauit eos confidere debere, & nihil de tormentis eius penitus timere: & quod significauerat, euentu comprobauit: vt quæ tormentis tam deformata, vt etiam ab amatoribus sine voluptate conspiceretur, nihil omnino manifestauit. Ideoque eam Caius liberatam absolutamque dimisit, pecuniarumque dono muneravit: vt testis est Iosephus libr. Antiquitatum 19. cap. 1. Nescio verò, an de hac, an verò de altera loquatur Suetonius, cum scribit, Caligulam mulieri libertinæ octoginta (alij octingena legunt) donasse, quòd ex cruciata grauissimis tormentis descelere patroni reticuisset. Quam potius alteram crediderim, quoniam Suetonius id in principio imperij Caligulæ refert contigisse: illud verò in fine accidisse scribit Iosephus. Diuus Hieronymus ad Innocentium, de muliere septies icta, refert, iuuenem quandam imparem tormentis, mentitum fuisse adulterium se commisisse, & ita morte multatum: mulierem verò constanter tormenta grauissima tulisse, & ea quoque ita omnino vicisse, vt nihil confessa fuerit. Et totum hoc caput, exceptis iis, quæ in hac postrema & præcedenti editione adiecimus, sibi impudenter usurpauit Chasseneus in suo Catalogo, parte 2. confid. 27.

Virginis cuiusdam Pythagoræe.

Epicharis constantior in tormentis, quàm viri.

Ligustica mulier.

Taciti locus.

Quintilia constantia.

Chassenei fursum.

136 Responso ad ea quæ dicta sunt in præcedenti uersi.

136 Sed profecto hæc exempla constantiæ fœminarum in tormentis, non tanti sunt apud me, vt propterea discedam ab opinione tam clarorum doctorumque virorum. Nemo enim vnquam mihi persuadere, tantam esse mulierum in tormentis constantiam, atque patientiam, quàm virorum: utpote cum eas natura finxit præcipientes, imbecilles, infirmas, debiles, varias, & mutabiles, vt latè comprobatum est. Item linguaces, largiloquas, & arcanorum, vel citra tormenta, minimè tenaces, vt postea quoque differemus. Fuisse tamen nonnullas, quæ suprâ sexus naturam, vt & in aliis interdum, in hoc quoque constantes sese præstitere, quæ à scriptoribus

ribus ob id celebratae sunt. Sed hæc est *Rara avis in terris, nigroque similis cygno.* Nisi quis dicat, mulieres hæc tormenta, vt & vulnera, facilius pati: nec tam ex illis lædi, quàm viros, per 1. nihil interest. & ibi glo. D. de adulteriis, & dicemus plenius in hac eadem lege, numero 225. incip. sed video. Vel etiam dicat, mulieres ex sexus natura faciles ad loquendum detegendumque; sponte, quæ non licet loqui, aut prodere. At si vim adhibeas, ab inuitisque extorquere nitaris, frustra quidem coneris: eas enim contra omnibus neruis, & viribus contendere, ne quod cupias, detegant. Nam ea est mulierum natura, vt velint, cum nolis: & nolint, cum velis, teste Terentio, nitanturque semper in vetitum: vt alibi plenius dicemus.

137 Et ex hac quidem mulierum inconstantia, & leuitate, illud fit, vt & ex quoque sine nimium credula, vt etiam dicit Alberi. in l. filia in orbitate. C. de inof. testa. per tex. in l. nimia. C. de acti. & obli. vbi ita scribitur ad fœminam quampiã: Nimia credulitate circumuenta es, quia &c. Et huc alludit illud Propertij ad Cynthiam li. 2. *Tu nimium credula sola iaces.* Et paulo inferius: *At nimium faciles auem præbere, puellæ.* Et apertius Faustus, non omnino contemnendus Poëta, in Liuiã: *Scilicet ista fuit veterum natura virorum, Fallere fœmineum, credula corda, genus.* Et Cornelius Tacitus lib. 14. de Agrippina loquens, Acciperet (ait) Agrippinam facili fœminarum credulitate ad gaudia venientem. & Caius pro Lucilla, apud Stobæum, Serm. 71. *Ἰδὲ γὰρ γὰρ γὰρ ἐστὶν ἐς τὴν αἰσῆν, ἢ μάλιστα ὄταν τὸ ἀτυχῆν προσῆ.* quibus ter significatur, mulierem ad credendum facilem esse, præfertim in calamitatibus. Ex quo fit, quod scripsimus in prima Lege Connubiali, fœminas facile decipi. Nam vt scribit Fulgentius, Credulitas deceptionum mater est.

Mulieres credulae.

Credulitas deceptionis mater.

138 Sed in his certè diutiùs immoramur, quàm opus sit. Omnibus enim sunt manifesta. Ideo ad cæteras, quas diximus, luxuriæ filias (amorem sui dico, & desperationem) pergamus. Mulieres igitur esse sui amantiores, testis est Philo grauis autor, qui apud Eusebium Cæsariensem lib. Euangelicæ præparationis 8. cap. 4. & Antonium Monachum Aegyptium, Melissæ parte 2. Serm. 34. Mulier (ait) seipsam amat. Et ante hunc Plautus in Pœnulo scribit, ex multis mulierum vitiis hoc esse maximum, quòd sibi nimis placent.

Mulieres sui amantiores. Et nimium sibi placent.

139 Et cum zelotypia hinc prodeat, quòd nosmetipsos nimium amamus, nimiumque nobis placemus (id vitium Græcis *φιλοντία* dicitur) consequens illud est, vt mulieres maximè zelotypia vexentur. Nam & Philo ipse in eo loco, quem nuper citauimus, ad illud, quod ex eo diximus, Mulier nimium seipsam amat, continuò & id subiungit: Et zelotypia maximè mordetur. Et Plutar in lib. de tranquillitate animi, inter mulierum proprias & peculiare animi perturbationes, zelotypiam reponit. In quam sententiam est & Græcus ille versiculus: *Ζῆλος ἡ γυναῖκός τ᾽ αἴτια πνευπολῆς ὄμοι.* Id est, *Incendit omnem fœminæ zelus domum.* Galenus autem, si is est, in Definitionibus medicis, scribit zelotypiam in prægnantibus maximè debacchari.

Mulieres zelotypæ.

Maximè prægnantes.

140 DESPERANTES quoque & ipsas mulieres magis esse, quàm viros, tradit Aristoteles Stagiritanus, & Albertus Magnus, ambo fidelissimi naturæ confilii: ille quidem in fronte propemodum libri noni de Historia animalium, hic quoque statim in ingressu libri octaui de Animalibus, quem magna ex parte ex illo nono libro Aristotelis deprompsit.

Mulieres desperantes.

141 QVOD SI REFRACTARIVS, & pertinax quispiam nobis arguere

Contra ea, quæ dicta sunt de

impudicitia  
mulierum.

Luxuria co-  
mes perpetua  
prodigalit as.

Contraria se  
non patiuntur.  
Luxuria et auaritia contra-  
ria.

occurrat, & dicat: Odio sanè mulierum plus quàm potes, eas criminari. Quomodo enim mulieres & auaræ esse possunt (vt iam supra dixisti) & luxuriosæ, vt nunc quoq; contendis? Est enim luxuriæ præsertim muliebris, prodigalitas comes perpetua: vt quæ luxuriosa est, eadem quoq; sit necessariò prodiga: vsque adeò etiam, vt non admittatur probatio in contrarium, vt voluit Fely. in c. pastoralis. col. 3. de iudic. per tex. in l. & mulieri. D. de cura. furi. quæ super hoc statuit præsumptionem. & ibi etiã not. glof. & Doct. Quæ autem prodiga est, eadè auara esse non potest. Malum enim, vt Aristoteli placuit, se ipsum corrumpit: quòd si integrum vnde quæque sit, intolerabile est. Nec vnquam in eodè prodigalitas & auaritia, aut audacia & timiditas conueniunt eodèmq; modo nec alia vlla vitiorum extrema, cum penitus opposita sint, inuicem connectuntur. Et, vt nostri dicunt post Dialecticos, contraria sese inuicem non patiuntur in eodem subiecto: ad positionemq; vnus, sequitur remotio alterius. Ad quod allegant l. sed & si. item si plures. & ibi glo. & Doct. D. de instito. & l. Pomponius. §. sed & si is, in fin. D. de procura. & l. hæc verba, ille aut ille. D. de verbo. signifi. & l. si inter me & te. D. de excep. rei iudi. & l. si ancillam. D. pro suo. & l. non codicillum. C. de testa. & l. i. C. de furr. & §. neq; autem. in authent. de manda. prin. & no. Cy. in proemio D. col. 3. versic. nono sic, & Doct. vbiq;. Vnde & illud est Horatij,

*Stulti dum vitant vitia, in contraria currunt.*

Ex quo perspicuum est, vt tandem concludam, quòd si mulieres sunt auaræ, non item luxuriosæ possunt esse, nec è contrario. Nam & Sallustius in Catilinario, luxuriam, & auaritiam tanquam sibi oppositas posuit cum scribit: Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores, quos pessima, ac diuersa inter se mala, luxuria, atque auaritia vexabant.

142  
Mulieres viris  
frigidiores.

Præterea non rectè sentiunt, qui mulieres luxuriosas præ maribus opinantur. Primum sanè, quia sunt viris frigidiores, vt scribit Hippocrates *ἡπὶ δυνάμει*, id est, de Diæta, lib. 1. affirmans, mares omnium generum esse calidiores, fœminas frigidiores: & Aristoteles lib. 4. de Generatione animalium, c. 6. & in lib. de breuitate & longitudine vitæ, & libro Orbicularium quaestionum 4. c. 25. & iterum c. 28. & rursum lib. 1. c. 8. & alibi sæpe: & eius discipulus Theophrastus de Causis plantarum lib. 1. c. 27. Galenus cum multis locis, tum in lib. 3. de Causis pulsuum, statim post prin. vbi probat non solum mares esse fœminis simpliciter calidiores, sed multò calidiores: hincq; fieri, vt viri fœminis pulsuum habeant & maiorem, & vehementiorem. Et in Commentariis Aphorismorum Hippocratis, li. 5. c. 42. & 62. & iterum c. 69. vbi hinc dicit rigores citius fieri mulieribus. Et lib. de Vsu partium 7. & iterum 14. & aliàs sæpe, quod iam diximus. & latè Symmachus in Cœnis Macrobianis li. 7. c. item 7. & Auicenna lib. 1. Fen. 1. doctrina 3. c. item 3. & Canticorum parte 1. commento 36. Albertus lib. 25. de Animalibus, tractatu 2. c. 6. & Philaretus in libr. pulsuum, illud quoq; scribens, ob id virorum pulsuum esse velociorè, quàm fœminarum. & Ioannitius in Isagogis, c. 16. Isaac, Diætarum Vniuersaliù c. 14. & rursum in particularibus. Arnaldus à Villa noua, in li. de Regimine sanitatis, c. 3. & redundanter Petrus Apennensis, cui cognomentum ex re Conciliatori factum, differentia 28. & è nostris Pet. à bel. perti. & Io. Fab. in §. masculi. Insti. de nupti. vbi dicunt frigidiorum virum totius orbis, esse calidiorum calidissima muliere. Hosti. & Io. An. in c. literas, extrà, de despon. impub. & Collec. in c. puberes. co. tit. Cardi. Alex. in c. ad eius. col. 1. dist. 6.

Viris est pulsus  
vehementior  
quàm fœminis.  
Mulieribus citius fieri rigores.

Viris pulsus ue  
locior.

Vir omnium frigidissimus calidior calidissimus omnium fœminarum.

143  
Mulierum inferna crassiora, virorum superna.

Hinc fit (vt arbitrantur rerum naturalium indagatores solertissimi) vt inferna mulierum magna ex parte sint crassiora, in viris autem superna. Id enim & Aristoteles perspexit lib. de Generat. animalium 4. c. 1. ad fin. Nam frigidior muliebris natura, alimenti, vnde augetur corpus, minima portio surrigitur, quod efficere calor potest: residens verò in imo, id corpulentius efficit, & auctius. In maribus autem contrarium euenit. Siquidem caloris copia delata sursum, nutrimenti magna pars ibi effectum ostendit ampliorem. Quod & expendit Rabbi Solomon & illius auctoritate

tate Nico. Lyr. in 2. caput Gene. & Ludou. Cælius Rhodig. lib. 4. Lect. antiq. cap. 12.

144 Sed & hinc quoq; fit, vt mulieres celerius quàm viri, canescant, vt quæ propter frigiditatem cogunt complures superfluitates, vt tradit Alexander ille Aphroditus, quem pleriq; ob multifariam cruditionem Polyhistorem vocant, lib. Problematon 1. cap. 4. Quanquàm alij alterius esse eum librum malunt: sed cuiuscunq; sit, est certè liber doctissimus, & dignissimus, qui à doctissimis viris legatur.

145 Ex hac item caloris fœminei inopia & illud fit, vt muliebre corpus, sicuti & virile, pilis non obsideatur. Nam mulieres, vt pote frigida, densa habent corporis spiramenta: frigus enim compescit, & adstringit, vt scitissimè tradit ille ipse Aphroditus eodem lib. 1. cap. 5. & ante eum Hippocrates in libr. *ἡπὶ φύσει & παθῆσι*, id est, de natura pueri. Itè calor est, qui pilos creat, ideo & Eunuchis desunt, quòd eorum natura frigidior est. Sed & in corpore humano illæ potissimum partes exteriores pilis vestiuntur, quibus maior innata est caliditas. Læue quoque est mulierum corpus, veluti innato constipatum algore, quando algorem comitatur densitas, læuitas densitatem, vt à Macrobio scienter scriptum est lib. 7. Saturnalium, c. item 7. vbi & hanc mulierum frigiditatem aliis quoque rationibus, & argumētis adstruit.

146 Ex eo quoque proficiscitur, vt mares corpore maiori ex toto penè sint, quàm fœminæ: quoniam videlicet mares sint fœminis calidiores: quæ res vim augendi obtinet, vt scribit Aristoteles lib. Problematon 10. cap. item 10. & Theophilus Protospatharius, de Fabrica humani corporis. lib. 5. cap. 25. Quod an verum sit in aliis animalibus quàm in hominibus, & in quibus, videbis apud eundem Aristotelem li. de Historia animalium 4. cap. 11. eoque vlt. & libr. seq. cap. 5. & libr. de Generat. animalium 1. cap. 16. Illud constat, in omnibus infectis mares esse fœminis minores, vt scribit Plinius lib. 11. Natur. histor. cap. 29. in fi. Sed & in arboribus (ne illud omitamus) omnis mas breuior, contortior atque difficilior operi: fœmina procerior, facilior, mollior, vt prodidit Theophrastus lib. de Historia Plantarum 7. cap. 10.

147 Hinc item illud manat, quod voluerunt Anaxagoras, & Parmenides, vt retulit Plutarchus lib. 5. de Placitis Philosophorum, Fœtus mares in dextris, fœminas vero in sinistris magis fieri. quod & adstruit Aristoteles 4. de Generatione animalium, cap. 1. & lib. 7. Hinc animalium, cap. 3. & Varro li. de Rustic. 2. cap. 13. & Columella lib. 6. cap. 24. & Plinius lib. 7. cap. 4. Serapio Breuiarij tract. 5. cap. 34. Rabbi Moyses, Aphorismorum parte 16. Theophilus Protospatharius eodem illo 5. lib. cap. 29. & ante hos Hippocrates, aut vt nonnullis placet, Theosalus illius filius, libro Epidemion secundo, & quod minimè dubium est, idem Hippocrates li. Aphorismo. 5. c. 48. Quo loco Galenus interpres rationè addit, quoniam propter temperaturam, quæ statim ab initio calidior existit, fœtus masculus generatur. Calidior verò temperatura fœtibus aduenit propter locum, qui est dextera vteri pars, quæ quidem calidior existit, propter hepatis vicinitatem. Quod etiam scribit idem Galenus dicto libro 14. de Vsu partium, & libro 2. de Semine: vbi tamen dicit, aliquando aliter fieri, sed rarerè. & in Commentariis Hippocratis dicto li. 2. Epidemion, & in Aphorismos ipsius Hippocratis libro 5. cap. 38. Ex quo & ipse Hippocrates lib. 6. Epidemion particulæ 2. cap. 30. tradit eos fœtus, qui in dextris sunt, ideo nigros esse, & biliosiores, illorumque venas extrà magis apparere. Id quod ex caliditate fit. Nemo enim nescit, nigredinem à calore, vt albedinem à frigiditate procreari. Bilem quoque caliditatem ostendere, vt pituitam frigiditatem, testis est Galenus lib. 2. de Temperamentis. Sed & venarum inflationè & latitudinem, caloris esse indicium, testis est idem Galenus eodem libro. Addit autem Hippocrates paulò post, videlicet cap. 32. eodèmq; vlti. propterea marem esse robustiorem atque sanguinolentiorem, quia locus ille animalium, in quo concipitur, calidior est. Sed & mares ex dextris virorum testiculis, fœminas ex sinistris pro-



*Pudorem sol.* Spemque dedit menti dubie, soluitque pudorem, *Meretrix*  
 Ex quo loco facile intelligis, quid sit soluere pudorem, nempe claustra pudicitiae  
 effringere, distumpere, soluere. In qua etiam significatione ponitur à D. Ambrosio  
 in lib. de Patriarchis: & in e. nemo. 3. 2. q. 4. in illis verbis, coniugij iura temerarij,  
 & vxoris pudor soluitur. Et illud quoque eiusdem Virgilij, illo eodem lib. *Meretrix*  
 --Te propter eundem Exinctus pudor.--

Et Parmeno Terentianus in Hecyra, amorem, & pudorem, veluti aduersos, & pu-  
 gnantes facit, cum dicit: *Meretrix*  
 Fecit animi vt incertus foret, pudorine, an amori, obsequeretur magis. Quot. dil. ool. oup. ti  
 Et Dauus eiusdem in Andria, veluti ironice: *Meretrix*  
 Mirum verò, impudenter mulier si facit meretrix. Quot. dil. ool. oup. ti

*Pudor castus.* Ex quo & Ouidius pudorem castum vocat lib. 1. de Arte amandi  
 Ille locus casti damna pudoris habet.

155 ¶ Hinc quoque illud Hieremiae 3. cap. frons mulieris meretricis facta est tibi: nolui-  
 sti erubescere. Quasi sit potissimum impudicitiae signum inuerecundia. Palam est  
 enim, non erubescere, indicium esse manifestarum impudicitiae, sicut è diuerso eru-  
 bescere, pudoris & verecundiae, vel testimonio Aristotelis lib. Ethicorum 4. cap. vi.

*Pudor purpureus.* Hinc Purpureus pudor, Ouidio dicitur in Elegiis:  
 Nudaque simplicitas, purpureisque pudor. Et lib. 4. Tristium.  
 Purpureus molli fiat in ore pudor.

*Rubor uerecundus.* Et è diuerso Rubor verecundus, eidem, in epistola Phaedra ad Hippolytum:  
 Flava verecundus temperat ora rubor.

*Heliogabali oratio ad meretrix.* Et vt vtrunq; tadè cõplectar, Heliogabalus ille Imperator omnium impudicissimus  
 in ea oratione quã ferunt habuisse ad meretrix, de his loquens, Sed cum tamè non  
 inquit, quã meretriciã frugalitatẽ impedire queat, & laudi ac nomini vestro officere,  
 duo tamè velut capita, & fundamenta malorum omnium à vobis diligentissimè fugiẽ-  
 da esse censeo: & omni ratione prouidẽdũ, vt frigiditatẽ ex cordibus, & pudorẽ ex  
 mentibus vestris penitus extirpetis. Hæc enim duo, cum ipsi, cuius ductu auspicio-  
 que militatis, maximè omnium inimica sunt, tum per se ipsa valde inepta, &c. Ex no-  
 stris autè Ab. Ant. & Io. An. in c. ex parte, de consuet. pudorem pro castitate, & impu-  
 dentiam pro libidine poni asserunt. Ex quibus illud rectè concluditur, mulieres,  
 quò sunt viris frigidiores atque verecundiores, eò quoque esse pudicitiores.

156 ¶ Sed quod huic muliebris honoris propugnatori respõdeamus, est in promptu. Et  
 primũ ad id, quod de auaritia, & luxuria, siue prodigalitate diseruit, quas hic coire  
 nõ posse putat. Illud in primis fateor, quòd hæc vitia, si cõtraria sunt, quòd tamè non  
 prorsus recipio, propter id quod Tullius scribit in oratione pro Roscio Amerino:  
 Ex luxuria existat auaritia necesse est. & in 4. in Verrè Act. vbi luxuriã & auaritiã  
 in eod. Verrè notat, & lib. primo veteris Rhetoricæ, Genus est omnium nimirum  
 libidinum cupiditas. Cui concinens Apostolus, in ad Timotheum vlt. cap. omnium  
 malorum radicem cupiditatem esse dicit. Diogenes verò Sinopæus, cupiditatem  
 ipsam esse arcem omnium malorum asserbat, vt à Laetio scriptum est. Et Marcus  
 Cato apud Gellium libro 11. cap. 11. Auaritiã omnia vitia habere existimat,  
 Et Aristoteles libro Politicõn 2. cap. 7. tradit omnia peccata voluntaria ab auari-  
 tia, & ambitione procedere. Quæ quidem sententiæ facilè indicant, auaritiã, &  
 libidinem, ceteraque in vniuersum vitia coire in eodem homine posse.

157 ¶ Verum si cõcedamus, inquam, huiusmodi vitia esse prorsus cõtraria, nec ideo in-  
 uicè congregari posse in eodè, vt sic loquar, subiecto id vtiq; obtinebit, si ad eundem  
 scopũ respicias. Quod si illa diuerso fine metiaris, possunt cerè in eodè animo in-  
 fidere, & adesse, per id quod voluit Pan. in e. eum in tua, in duobus locis, ext. de dec.  
 quòd vna eadèq; res potest ex diuersis rationibus, & vt vulgò dicimus, respectibus,  
 diuerso cõtrarioq; iure cõferri, licet aliàs scõs, vt ibi est text. & in l. 1. de rerũ per-  
 mut.

mut. cum concord. alibi à me traditis, scilicet in Tract. Nobilitatis, cap. 28. num. 12  
 incip. illi mox respõdebo, cum 4. seq. & quæ dicam infra nu. 162. & aliàs sãpe. Ideò-  
 que mulieres, licet aliàs semper sint auaræ, sunt tamen in turpibus desiderijs sum-  
 ptuosissimæ, in cultu corporis profusissimæ: dum pigmenta vestesque, & mundum  
 muliebrem cõmunt: dum nulli rei parcunt, vt adultero placeant, possintque suis  
 voluptatibus inferuire: Imò plerunquẽ pruritu libidinis stimulatæ, tota patrimo-  
 nia in deliciis congerunt. Et tunc *Meretrix*  
 Prodigia non sentit pereuntem fœmina censum,  
 vt inquit Iuuenalis Saty. 7. Ideòque Lucius Apuleius Madaurensis lib. 9. Meta.  
 vtrunquẽ vitium in eadem complectens, In rapinis (ait) turpibus auaræ, in sumpti-  
 bus fœdis profusa. Et ante hunc Sallustius de Catilina loquens, Alieni, inquit, ap-  
 petens, sui profusus.

*Meretrix sũt  
& prodige,  
& auaræ.*

158 ¶ Quomodo etiam non ab similitè dicimus, quòd licet aliàs fœminæ sint vi-  
 ris meticulo siores, minùsq; quàm illi audentes, vt tradit Plato lib. 7. de Legibus, &  
 eius contemporaneus Xenophon in Oeconomico, Aristoteles lib. eiusdem tituli  
 1. c. 3. & lib. 9. de Natura animalium, c. 1. Columella in Præfatione libri vltimi de  
 Rustica, Velleus Patereculus, qui lib. posteriore Romano historice scribit, Cleo-  
 patram expertem muliebris metus morsu aspidis spiritũ reddidisse. Et Iustinus lib.  
 1. de Sardanapalo loquens, Quo ille (inquit) audito, non vt vir regnum defensus,  
 sed vt metu mortis mulieres solent, primò latebras circumspicit. & li. 2. de Xerxe &  
 Artemisia loquens, In viro (inquit) muliebrem timorem, in muliere virilem audacia-  
 m cerneret. Et Liuius, qui primo libro ab Vrbe cõdita, vocat Muliebrem pau-  
 rem. Auicenna li. 9. de Animalibus, c. 1. Rafis ad Almanforem, trac. 2. c. 56. Albertus  
 Magnus li. 8. de Animalibus, tract. 1. c. item 1. & iterum c. 3. Et apud nos text. est in l.  
 quilquis. & ibi gl. & doct. C. ad leg. Jul. Maie. & voluit Io. And. in addi. Specul. tit. de  
 procu. §. 1. vers. septimus in bonorũ condemnati. & Bal. in l. quicunque, col. 3. vers. fi.  
 sed pone, statuto cauetur, quòd filij bannitorum. C. de ser. fug. Vbi ex hoc pulchrè di-  
 cit, quòd si statuto cautum sit expellendos bannitorum filios, non propterea sunt  
 expellenda filij, quibus non est tanta audacia, sicut masculis: ideo cessante ratione,  
 masculinum hoc casu non cõcipit fœmininum. Panor. in c. ex literis. de despon. im-  
 pub. & Fran. Curt. senior cõsi. 9. incip. Ticinensi statuto, col. 3. vers. secundò memo-  
 uet. Et Philip. Deci. in l. fœminæ, char. 16. vers. tertio etiam dici potest. D. de regul.  
 iuris. Et è Theologis Diuus Thomas in lib. de Regimine principum 4. c. vlt. Id  
 quod etiam videre licet in brutis. Nam scribit Plinius lib. 8. c. 8. Elephantum fœmi-  
 nas esse multò pauidiores maribus. Et in vniuersum consentiunt omnes scriptores,  
 mares esse fœminis animo siores, præterquàm in pantheris, & vrsis, vt supra dixi-  
 mus, in 1. lege Connubiali.

*Fœmina viris  
timidiores.*

*Pauor mulie-  
bris.*

*Etiam in bru-  
tis.*

159 ¶ Et his alludens Virgilius lib. 2. Aeneid,  
 --Pueri & pauide longo ordine matres  
 Stant circum.--  
 Nam illic vides, Matres, pro fœminis in vniuersum accipi, & sexum ipsum fœmi-  
 neum significare. Vti etiam in eo loco lib. 6. eiusdem operis:  
 Tum pauide tectis matres ingentibus errant.  
 Et lib. 8. eiusdem quoque operis:  
 Stant pauide in muris matres.--  
 Et alibi scilicet lib. 7. Trepidat matres, eodem significatu appellat: sicuti etiam Trepide,  
 Ouidius in Epist. Penelopes ad Vlyssẽm, puellas quoque Trepidat vocat:  
 Mirantur iustique senes, trepideque puellæ.  
 Et lib. 1. de Remedio amoris, Timidas quoque eas vocat:  
 Fac cõtant furtim iuuenes, timideque puellæ.  
 Et lib. 1. Amorum, Eleg. 7.  
 Nonne satis fuerat, timide in clamaſſe puellæ?

*Fœmine pauide.*



Et iterum libr. 2. Elegia 6.  
*Quid referam timide pro te pia vota puellæ?*  
 Rursumque libr. 3. Eleg. 13.  
*Quæ ventura Dea est, imenes, timideque puellæ,*  
*Præbuerant latas veste iacente vias.*  
 Sed his postremis locis non tantum sexus, sed & ætas expenditur. Sed quod ad sexum tantum pertinet, est illud Varronis Confulis apud Silium Italicum libr. 9.  
*Ille ardens animo, ferte hæc, ait, omina Paulo.*  
*Namque illum, cui femineo stant corde timores,*  
*Mouerit ista manus.--*  
 Seneca autem Tragediographus in Octauia, rationem reddens, cur sexum hunc timidiore natura finxerit, postquam hoc de iis scripsit, quod alibi retulimus,  
*Mulier, dedit natura cui promum malo*  
*Animum, ad nocendum pectus instruit dolis.*  
 Mox subdit:  
*Sed vim negauit, ut ne inexpugnabilis*  
*Esset, sed agras frangeret vires timor.*

160 Propterea dicit gl. in e. cum locum, extra de sponsa. & matrimo. quod minor metus excusat feminam, quam masculum. quam sequuntur Anto. & Panor. qui eam multum notandam dicit: & Card. Alex. ibi. & eam facit sing. idem Panor. in e. cum delictis. col. 3. in gl. pe. extra quod met. caus. & Ro. sing. 2. 28. tu scis quod contractus. & Fran. Aret. con. 2. 4. quatuor dubia, col. 2. & Soci. confi. 263. capio primum. col. 4. vers. ad prædicta etiam, libr. 2. Et eam quoque sequitur Hosti. in e. veniens. ante fin. extra de sponsa. & in Summa, tit. de matri. §. qualiter. vers. si verò. & Calderi. con. 1. vers. 3. quod maior metus, tit. quod metus cau. & Panor. in e. consultationi. in 3. not. extra de sponsa. vbi eam facit notabilem. & ibi etiam Card. Alex. in vlt. no. & idem Panor. in e. causam matrimonij, in 2. not. ext. de offic. deleg. vbi & monet esse menti tenendam. & ibi post eum Philip. Deci. in 2. quoque no. qui & eam dicit no. & idem Panor. confi. 4. quædam mulier, post medium, lib. 1. vbi & eam dicit no. Nicol. Mil. in suo repert. in verbo, metus minor. & Barb. confi. 30. bene etenim cuncta, col. 1. lib. 3. vbi etiam solennem vocat. & confi. 4. 1. immortalem, col. 5. vers. & si mihi dicatur, libr. 4. Iason in l. interpositas. col. 1. C. de transact. & Steph. Bert. cõfi. 6. 4. explorato, col. 2. nu. 10. lib. 1. & confi. 336. quemadmodum, numero 13. co. lib. 1. & Philip. Deci. qui eam quoque pro no. allegat. in e. vlt. post prin. extra. de appel. & in e. quia quesitum. in 2. not. vers. & notandum est, extra de offi. deleg. & l. in omnibus causis. col. 1. D. de reg. iur. & Carolus Rui. cõfi. 98. visa renuntiatione, col. antepe. nu. 2. 4. lib. 1. & con. 70. de tribus, col. 5. nu. 16. co. li. 1. vbi eam quoque gl. dicit esse sing. & con. 6. o. de re quidem, col. 6. num. 18. lib. 3. vbi eam dicit notabilem. & Alber. Brunus, confi. 712. super difficultate, col. 2.

161 Licet ergo semper aliàs (vt repetamus) minus audeant femina, quam mares: tamen in turpibus, obscenisque, atque venereis actibus sunt audaciusculæ, vt tradunt Cy. Alberi. & Saly. in d. l. quifquis. & è recentioribus Matthæ. Afflic. in constitutione Siciliæ incip. si quis rapere, col. 2. Quod & adstruit Iuuenalis, quem Cy. ipse & Alberi. citant, inquis Saty. 6.  
*Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.*  
*Nihil est audacius illis*  
*Deprensis: iram atque animos à crimine sumunt.*  
 Quod etiam citat Luc. Pen. in d. l. 1. col. 1. C. de mulieri. & in quo loco, lib. 10. Et huc respicit Plautus in Milite, mulierum mores mirè exprimens:  
*Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, aque audaciam,*  
*Confidentiam, &c.*  
 Et alibi in eadem Fabula:  
*Quid ego nunc faciam? custodem me illi miles tradidit:*  
*Nunc si iudicium facio, interij: si taceo, sic tamen*

Hoc

*Hoc palam fuerit. quid peius muliere, atque audacius?* Rursum quoque inibi:  
*Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,*  
*Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt.*  
 Huc quoque referri potest illud Senecæ à nobis suprâ citatum,  
*Quid sinat inansum femine præceps furor?*  
 Loquitur enim de furore venereo, atque cupidineo.

162 Porro audaciam meretricum, & impudicarum mulierum esse propriam ac peccatariam, non obscure ostendit illud Terentij in Eunuchò,  
*Audaciam meretricum.--*  
 Quod in id expendit Donatus in Andriam eiusdem, enarrans eum locum,  
*Audireque eorum est operæpretium audaciam.*  
 Et ad hæc quoque vide, quæ de his dicam ex Aristophane infrâ, num. 174. quæ rationes. & ex Chrysofotomò etiam infrâ num. 180. & quæ dixi suprâ de impudentia huiusmodi meretricum, num. 154. hinc quoque illud, nam audacia & impudentia sunt quodam modo inuicem coniunctæ ac connexæ.

Audacia meretrici propria

163 Et aliàs sæpe legimus, diuersa contrariâque vitia in iisdem hominibus infedisse, diuersis respectibus. Nam Porcius Latro de Catilina loquens, ad fin. Declamationis suæ, Vixit (ait) in illa clade res diuersissimæ pariter, continentia, & libido. Nihil illo persæpe affixius ad tollenda bonorum confortia, nihil solertius ad illis infidiandum: nihil illius munificentia insignius, nihil auidius rapacitate auarior: Quis in largitione effusor? Nam & antè dixerat: Neque ego vnquam fuisse tale monstrum in terris vllum puto, tam ex contrariis diuersisque inter se repugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. Sallustius autem in vniuersum de Romanis loquens: Incitabant, ait, præterea corrupti ciuitatis mores, quos pessima ac diuersa inter se mala, luxuria atque auaritia, vexabant.

Contraria vitia diuersis respectibus coherrentia.

164 Illud verò, quod dictum est de frigiditate mulierum, & caliditate virorum, non difficile dilui potest: non enim necessariò ex eo infertur, viros esse libidinosiores, quòd sint libidinis appetitiores: quoniã nõ sunt beluis per omnia similes, vt suos passim sequantur appetitus. Est nimirum in eis ratio, istis beluinis affectibus facillè superior. Fæminæ verò (quod suprâ diximus) brutis propius accedunt, vt pote rationis fermè expertes: ideoque suis appetitibus, quantuncunque leuibus, plerumque obediunt, indulgent, obsequuntur. Est (inquit Eleazarus) apud Aristeam mulierum genus storum affectum sequax, atque in lapsum proclive, propter imprudentiam, & eius naturam imbecilem. Et vt ait Aegidius, quo loco suprâ citauimus, Mulieres sunt plurimum intemperatæ, & passionum infecutrices: ita enim loquitur. Cuius sententiam affert, in eamque pedibus vadit Lucas Pen. quo etiam loco nuper adnotauimus.

Mulieres suorum affectuum sequaces.

165 Sed illud responderi potest, quod dicebat Empedocles rerum naturæ indagator solertissimus, quòd licet mulieres sint viris frigidiores, sunt tamen petulantiores, id est, libidinis appetentiores, propter motum humidi, quod in ipsis est, quo facillè ad omnem formantur petulantia causam. Id quod etiam secutus viderit ille, quem sæpe citauimus, Albertus non minus nomine, quàm doctrina Magnus, libr. 12. de Animalibus, c. 3. Quam sententiam adiuuat, quòd omnium consensu ex humecta natura (qualis in feminis est magis, quàm in maribus, vel teste Hippocrate libr. 1. de Victus ratione, & lib. de Natura pueri, & Plutarcho lib. Symposiacò 3. c. quoque 3. & Macrobio libr. 7. Saturnalium) confurgit coeundi auiditas. Vnde & Græci ὑγρός, id est, humidus pro lasciuus nonnunquam intelligunt, quod probat illud Epigramma apud Delphos positum:

Mulieres libidinis appetentiores ob motum humidum. Mulieres viris humectiores. Coeundi auiditas ex humecta natura confurgit. ὑγρός, id est, humidus, pro lasciuo.

Ἰγρᾶς καὶ Ἰουφερᾶς βασιλεὺς Ἄρις μ' ἀδένκευ. Id est,

Lascivus & delicatus rex Aris me dedicavit.

Nam Agidis Lacedæmoniorum regis Timæam vxorem vitiaſſe ferebatur Alcibiades, vt à Plutarcho scriptum est in ipſo Alcibiade, & in Lyſandro, & in Ageſilao, & in libro de Euthymia, id est, tranquillitate & ſecuritate animi, vbi & huius epi-grammatis meminit.

166 ¶ Et hinc quoque occaſio data Venerem conſingendi ex mari conceptam, vt interpres Heſiodi ſcribit. Vnde & Seneca Tragœdiographus in Hippolyto:  
Venus cur ex mari concepta dicatur.

Diu non miti generata Ponto,

Quam vocat matrem geminus Cupido.

Et Aufonius in deſcriptione illius ex Lucretio:

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita Celo,

Aeneadum genitrix, hic habito alma Venus.

Et Ouidius in Epistoſa Paridis ad Helenam, de eadem Venere loquens,

In mare, nil mirum, ius habet orta mari.

Et in Epistoſa Didus ad Aeneam:

--Quia mater amorum

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Et in Epistoſa Erus ad Leandrum:

Quod timeas non est: auſo Venus ipſa fauebit:

Sternet & equoreas equore nata vias.

Et in Epistoſa Sapphus ad Phaonem:

Solve ratem, Venus orta mari mare praestet eunti.

Et libro 4. Metamorph. ipſam Venerem ita loquentem facit:

--Aliqua & mihi gratia Ponto est,

Si tamen in medio quondam concreta profundo

Spuma fui, Graiũque manet mihi nomen ab illa.

Et ante eum Virgilius libro quinto Aeneidos hæc faciens Neptunum loquentem ad Venerem:

Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,

Vnde genus ducis.--

Et his prior Muſæus in Leandro:

Ἄγνωστος, ὅτι Κύπρις ἀπὸ τῆς θαλάσσης,

καὶ λεγέται πόντος.--

Ignoras, quod Venus nata est ex mari,

Et dominatur Ponto?

167 ¶ Ex quo Horatius marinam quoque eam vocat, libr. 3. Carminum, Ode 26.  
Venus marina. Leuim marinæ qui Veneris latus

Custodit.--

Et libr. 4. Ode 11.

Qui dies mensẽm Veneris marinæ

Findit Aprilem.

Quod epitheton ab Euripide accepit, qui in Hippolyto ita facit Phædrã loquentẽ:

Ἄι πῶς πῶς ὦ δέσποινά μου Κύπρι.

168 ¶ Nam & hinc Græci Venerem ipſam Ἀφροδίτην appellant, quam sic dictam esse Venus Aphro-  
dite cur dicta.

--Τὴν δὲ Ἀφροδίτην

Ἀφρογένει τε θεῶν, καὶ εὐσεφάνου κυβέρταν,

Κικλίσκουσι θεοὶ τε, καὶ ἀνέρες, ὅνεκ' ἦν ἀφρῶ

Θερέθη.--

Cuius etiam ſententiæ fuit Plato in Cratylo, Ouidius vbi ſuprà proximo loco, Macrobius libr. 1. Satur. & Seruius in illum locum Virgilij ſuprà citatum, & Acron

in il

in illum priorem locum Horatij, quoniam ſcilicet ex maris ſpuma, quam ἀφρῶν vocant, ſit edita. Nam & ipſe Virgilius libr. 6. vndam maris ſpumofam vocat:

Inter ſaxa virum ſpumofa immerſerat vnda.

Ex quo est & illud eiufdem libr. 2. eiufdem quoque operis:

Fit ſonitus ſpumante ſalo.--

Et libr. 3.

Obiectæ ſalſa ſpumant aſpergine cautes.

Et rurſum:

Tendunt vela Noti: fugiſſa ſpumantibus vndis.

Et libr. 8.

Vndæ omnes ruere, ac totum ſpumare reductis

Conuulſum remis voſtris ſtridentibus æquor.

Et libr. 9.

--Secant ſpumantem pectore pontum.

Et libr. 10.

--Spumant vada marmore verſo.

Et paulò poſt:

Spumantẽsque rates aruis inferre Latinis.

Illud quoque Tragœdiographi Senecæ in Octauia:

--Talis emerſam freto

Spumante Peleus coniugem accepit Thetin.

Vnde est & illud Ouidij libr. 4. Faſtorum, loquentis de Aprilis menſe Veneri dicato:

Sed Veneris menſem Graio ſermone notatum

Auguror: à ſpumis eſt Dea dicta maris.

169 ¶ Quamuis Cornutus, ſiue Phornutum appellare mauiſ, in libr. τῶν ἐν τῷ θεῶν Spermatis natura  
φύσεως, id est, de Natura deorum: & ante eum Ariſtoteles libr. de Generatione ani-  
malium 2. c. item 2. ad fin. huiuſce rei rationem eſſe dicat, quod ſpermatis natura ſit  
ἀφροδίτης, id est, ſpumofa: quod & ex eo repetit Galenus li. de Semine 1. vbi tamẽ id  
probare non videtur. Sed ei concinere videtur Hippocrates, aut, vt ipſe Galenus  
maluit, Polybus, libr. τῶν γυναικῶν, id est, de genitura, ſtatim poſt princ. cum ſcribit,  
genituram ἀφρῶν, id est, ſpumare. At Diogenes Apolloniates, qui & ipſe à ſpuma  
Venerem ita vocatam credidit, non ſpumam maris intellexit, ſed ſemen, ex quo  
animantes gignuntur: quod id ſit ſpuma ſanguinis, vt ſcribit Clemens Alexandri-  
nus libr. 1. παιδαγωγῶν, cap. 6. Nam & Pythagoras apud Plutarchum libr. 5. cap. 3. de  
Placitis Philoſophorum, ſcribit, ἀπὸ τῆς ἀφροῦ τοῦ χυνοῦ ἀτῶν ἀμαλῶν, id est, ſe-  
men optimi ſanguinis eſſe ſpumam. Porrò Eufebius præparationis Euangelicæ  
lib. 3. cap. item 3. Nata (inquit) Venus è mari perhibetur, quod elementum calidum  
& humidum eſt, & motu crebro ſpumas eiicit: quæ res eſt ſpermatis ſymbolum.

170 ¶ Euripides autem, loquente Hecuba, Venerem ita vocari dicit, quod ἀφροσύνης  
ἀρχὴ θεὰ, id est, inſipientiæ, ſiue mauiſ amentia, princeps Dea ſit  
τὰ μῶρα γὰρ πᾶντ' ἐστὶν ἀφροδίτη θεοῖς.  
καὶ τ' ὄνομα ὁρθῶς ἀφροσύνης ἀρχὴ θεῶν.

Nam & ἀφροσύνη deſipere eſt. Id quod etiam tradit Heraclides Ponticus in Allego-  
riis Homericis, non ſemel: & ex ipſo Euripide repetit Ariſtoteles libr. 2. Rhetori-  
corum ad Theodeſten, cap. 23.

171 ¶ Phyſici verò, & Seruius, vbi ſuprà citauimus, id ideo dicunt fuiſſe fictum, vt Ve-  
nus è mari nata, & Aphrodite diceretur, quoniam is humor, quem coitus elicit, ſit  
ſaluſ, vt & de ſudoribus & vrinis tradit Ariſtoteles in Problematis libr. 2. cap. 3. &  
iterum libr. 4. cap. 13. rurſumque libr. 3. 2. cap. 4. Et de ſudoribus Galenus libr. 10.  
Simpl. medicam. cap. 13. quo de ſudore tractat. Ex quo eſt & illud Virgilij li. 2. Aen.

--Salſusque per artus

Et ſudor.--

Et de lacrymis etiam ipſe Ariſtoteles eiufdem illius operis libr. 5. cap. 35. & Lucre-  
tius libr. 2. de Rer. nat.

Et lacrymis ſalſis humectant ora, genasque.

Et ante hos Homerus libr. 2. Iliad.

ὧς ἄρ' ἐφ' σκήπτρῳ δὲ μετ' ἀφρογῶν, ἠδὲ καὶ ὄμω

Ἔτερον βιβλίον. ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὸν, θαλασσὸν λέει οἰκιστὴν ἀκούειν. Et iterum libr. 12. Odyssæa, statim post principium: οἰκιστὴν ἀκούειν, θαλασσὸν κατὰ δάκρυ χέουσαν.

172 Aliæ huius appellationis causa. Sûntque & aliæ appellationis huius causæ, vt aliis placuit. Didymus enim ita putat eam dictam, παρὰ τὸ ἀβρὸν ἢ δινάτῃς, id est, à vitæ mollitie. β enim litera cognata esse videtur literæ φ. Nam quidam Philippum vocant βίλιππον, sicuti Phrygas Brygas. Fulgentius Placiades libr. 2. Mythologicarum, ita eam dicit vocari, quod sicut spuma, ita & libido, momentaliter (vt ipse loquitur) surgat, & in nihilum veniat. Sunt & qui à Poëtis ideo fictum putent, Venerem è mari esse natam, & ἀλιγενῆ, id est, Saligenam fuisse cognominatam, quod sal ad genituram & fecunditatem non parum conducere putatur. Quod & Plutarchus tradit Problematon Symposiacorum Decade 5. cap. 10. vbi & ob eam causam dicit Aegyptios sacerdotas à salis vsu abstinere, vt castitatem inoffensam seruent. Denique aliam huius appellationis Veneris causam alij tradunt, vt videbis infra in 15. Leg. connubial. num. 23. incip. ex his fortè.

173 De eadem re. Ex his fortè describitur in Apocalypsi, c. 17. magna meretrix, sedens super aquas multas, vt scilicet illius intelligeretur æstuans libido. Nam non calido tantum concubitus constat, sed & humido simul, vt ex his patet, quæ diximus supra num. 164. atque etiam autor est Aristoteles. libr. Problematon 4. cap. 5. & libr. 5. c. 31. vbi scribit, omnino incontinentes esse, qui natura calida, & humida constant: semen enim tale natura esse: & libr. 10. cap. 26. Nam, vt ibi dicit, calor excernit, humor excernitur, & alibi plenius dicemus. Porro Dantes Florentinus in tract. inferni, c. 19. cuius initium est, diuina, tradit in fœmina magis inualefcere ardorem libidinis, quam in masculo. & ex eo repetit, & sequitur è nostris Alberi. in l. quæritur. circa medium. D. de stat. homin.

174 Fœminas in uenerem facilius labi, quia otiosæ sunt. Et huius quoque rei alia potest esse ratio, vt scilicet, quamuis masculi sint fœminis calidiores, vt eo respectu, vt ita loquar, sint prouociores in libidinem: tamen quia mulierum vita est sedentaria, & omnibus modis otiosa, vt dicemus infra in hac eadem lege, numero 215. incip. desidiosas verò. ideo & hæc in Venerem ocyus faciliusque labuntur, nempe cuius otium parens est. Ezechiel. c. 16. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum eius Quidius libr. 1. de Remedio amoris: Otia si tollas, perire Cupidinis arcus, Contemptæque iacent, & sine luce faces. Quam platanus riuo gaudet, quam populus unda, Et quam limosa canna palustris humo: Tam Venus otia amat. &c. Et rursum in eodem libr. Queritur, Aegisthus quare sit factus adulter: In promptu causa est, desidiosus erat.

Quos posteriores versus citat glos. in c. nunquam in verbo, omnis otiosus, de consecra. di. 5. hinc occasione sumpta, quod text. ibi dicit, quod in desideris est omnis otiosus. Et instar ipsius Aegisthi, David cum misisset ioab suum principem militiae, omnemque exercitum Israël cum eo debellatum filios Ammon, mansissetque otiosus in Hierusalem, lapsus est in concupiscentiam Bersabee, cumque ea adulterium perpetravit, cum antea nunquam aliquid tale commisisset, vt scribitur 2. Reg. 11. c. Nam Diogenes ille Sinopæus, apud alterum Diogenem Laërtium, dicebat amorem, vacantium, id est otiosorum esse occupationem. Et Menedemus Terentianus in Heauton. filio suo amorem ex nimio otio natum esse exprobat. Et hinc Canachus Sicyonius statuarius Venerem effinxit sedentem, vt tradit Pausanias lib. 2. qui de Corinthiacis est, non ob aliam, vt opinor, causam, nisi quod vita illa

Amor otiosorum occupatio. Amor otiosus dicitur.

illa sedentaria, & nimium otium, velut alat luxum atque libidinem. Vt non abs re Menandro apud Stobæum Serm. 62. Ἔργος, id est, Amor, ἄργος dicitur sit, id est, otiosus. Nam & (vt ibi scribitur) Theophrastus interrogatus, quid esset amor, respondit, πῶς ἢ ψυχῆς χαλαρότης, id est, affectus animæ otiosæ.

Amor affectus animæ otiosæ.

175 Quas rationes cum non animaduertent Parmenides, Hippocrates, secum in ea re pugnans, si is est, Rasis, Accursius, & Io. Plat. viderent tamen mulieres rei veneræ magis obnoxias, plûsque sanguinis habere, quam viros: illas quidem istis calidiores, contra omnium ferme sententiam esse voluerunt: vt de Parmenide scribit Aristoteles, lib. 2. de Partibus animalium, cap. 2. & scriptum reliquit ipse Hippocrates lib. 1. de Morbis muliebribus: & Rasis ad Almanforem, tract. 2. cap. 56. Accursius & Io. Plat. in d. 5. masculi. Instit. de nupti. & alij, quorum meminit Plutarchus libro Symposiacôn 3. cap. 4. vbi & huius sententiæ multa argumenta congerit, quæ suppresso ipsius nomine, repetit Macrobius lib. Satur. 7. cap. quoque 7. Quibus concinens Aristophanes in Cerecalibus, mulieres calidissimas appellat, ἢ θερμώτα γυναικες. Nisi malis id ad audaciam referre. Nam θερμὸν, præter vulgatam calidi significationem, audacem quoque significat: vt cum dicimus, θερμὸν ἔργον, hoc est, calidum facinus, pro audaci. In qua etiam significatione Plautus in Mostellaria, Calidum mendacium appellauit, pro audaci vel impudenti. Quamquam nonnulli ibi legunt, Callidum. Suprà autem ostendimus, mulieres meretrices esse audacissimas simul & impudentissimas: & diximus quoque verfic. abhinc tertio, & sequent.

Qui fœminas esse calidiores uiris dixerunt.

176 Nisi, vt redeamus potiùs apud Rasin (de cæteris enim nihil est quod dubitemus) callidiores scribendū sit, nõ calidiores: quod magis puto. Sunt enim verè omnium iudicio (vt id in tráfcurfu dicam) mulieres uiris calidiores, uerfutores, uafriores, sagaciores, testimonio ipsius Accursij in l. omnes. C. de his, qui ueni. tra. impe. & in l. si à sponso. in gloss. vltim. in fine. C. de donatio. ante nupti. Petr. à bel. pertica, in dicto 5. masculi. Instit. de nupti. vbi asserit viros esse calidiores, fœminas autem calidiores, vt hinc discrimen faciliè agnoscas. Hostiens. & Ioan. Andr. in dicto c. literas. extrà de despons. impuber. Hostiens. in Summa, eodem titu. 5. i. circa medium. Collec. in dicto c. puberes. eodem quoque titu. Panormitan. in c. vbi non est. eodem item titu. & Ioan. Fab. in l. vltim. C. de iuris & fac. ignor. & factis in id facit textus in l. si fine. C. ad Senatufconsultum Velleianum, & ex externis quoque scriptoribus uoluit Plato, libro 6. de legib. & Aristoteles lib. 9. Animalium, c. 1. & Lucianus, qui in Prometheo, siue Caucafo, inducit Mercurium hæc de Prometheo querentem, quod homines effinxerit animantum genus callidissimum, καὶ μάλα ἄ γε τὰς γυναικας, & quidem maximè omnium mulieres. Et Aufonius, qui priuatim ac peculiari-ter fœminam callidam vocat: Callida sed mediæ Veneris mihi vindicet artem Fœmina. --

De eadem re, Mulieres uiris calidiores.

Apud Aristophanem Lyfistrata fœmina, quæ illi fabulæ nomen dedit, statim circa initium illius, hæc dicit: καὶ πόλλ' ὕπερ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι. Ὅλιν πῶς ἂν μὴ ἀνδράσι γενόμεθα ἔιναι πανδύγα. -- Id est, ad verbum: Et multum pro nobis mulieribus discrucior, Quod apud quidem viros censetur Esse πανύγα. -- id est, uafra, uersuta, callidæ. Id enim ea vox Græca significat. Cui Calonicæ, altera mulier, illud mox responder: καὶ γὰρ ἴσμεν νῦν Δία. Etenim sumus per Iouem.

177 **Q**uanquam Diuus Cyrillus Theologus & sanctissimus, & doctissimus, in Euan- gelium Diui Ioannis, lib. 2. cap. 87. interpretans illud, Dixit ei Iesus, Vade, & voca virum tuum: Probè (ait) atq; veraciter dici potest, foemineam esse foeminarum omnium mentem. Mollis enim ac tardus est earum intellectus. Docilior autem virorum natura est, atque callidior. Et hac de causa, vt arbitror, virum vocare suum mulier iubetur. Ita & quasi rudis mulier increpatur. Et huic opinioni adstipulantur nostrae leges, quae non tam grauitè mulieres puniunt, quam viros, illisq; faciliùs parcunt, condonantque scelera, tanquam scilicet simplicitate magis ducantur, quam calliditate: vt & Baldo placuit in rub. C. de rer. permur. vers. item quare donatio, & aliis multis à me congestis supra in eadem l. numero 51. itaque nescio. & in tractatu Re- tractuum, tit. 2. in praefatione, numero 35. idque fatis.

178 **D**enique (vt redeamus) non verum est, quod hic noster aduersarius obiecit de verecundia mulierum. Sunt enim foeminae viris multò inuerecundiores, atque impudentiores, id attestantibus peritissimis rerum naturae scriptoribus, Aristotele scilicet, ad cuius auctoritatem veluti ad anchoram, aut asylum, in hisce rebus confugiunt eruditi, quo loco nuper citauimus, & Galeno lib. 11. de Vtilitate partium, & Auicenna, qui recentiorum quorundam opinione, nemini Physicorum medicorumq; cedit, circa initia lib. 9. de Animalibus: Rasi quoque, eo quem supra sapit citauimus, tractatu 2. cap. 56. Alberto item Magno lib. Animalium 8. cap. 1. Quorum sententiam confirmat Iuriconsultus in l. 1. §. sexum. in verbo, inuerecundè postulans, D. de postul. Quo in loco interpretes afferunt historiam muliebris impudentiae, quam nullus vnquam vir attentasse legitur. Sed & hanc mulierum impudentiam fatetur mulier quæpiam apud Alexidem:

ὄνκ ἐς' ἀναγκῶν πότρου θνητῶν.

Γυναικὸς ἀπ' ἐμῶν ἐγὼ τὴν κμαίεραμαί.

Non est impudentius vllum animal

Muliere: ex me ipsa ego coniecturam facio.

Quæ etiam sententia fuit Aristophanis in Lyfistrata:

ὄνδεν γὰρ ὡδὶ θρέμω' ἀνακτὸς ἐστὶν, ὡς γυναικὸς.

Nullum enim ita pecus (siue malis iumentum) impudens est, vt mulieres.

Sed & idem in Cerealibus scribit, impudentes esse natura mulieres:

ἀλλ' ἔ γαρ ἐστὶν ἀναγκῶν τῶν φύσει γυναικῶν,

ὄνδεν κέκονε ἐς ἄπαντα. --

179 **Q**uibus sanè in ea re potius ego crediderim, non dicam, quam Hieronymo, nec enim opus est: cum illam epistolam, quam supra citauimus, eius non esse, testimonio est & stylus, & Romana editio, in qua erat adscriptum, Dicitur, sed non est Beati Hieronymi: & asserit Erasmus vir in hisce rebus emendatissimè naris. Illis igitur (vt repetam) magis ego crediderim, quam Thomæ & Aegidio, quibus etiam refragatur experientia. Quanquam, ne in re tam aperta videantur errasse tanti viri, possumus dicere eos, cum scripserunt, mulierem esse verecundior, non tam intellexisse, vt re ipsa sit verecundior, quam vt esse debeat. Quemadmodum etià intelligitur text. in l. 1. §. consequens. D. de susp. tut. in illis verbis, non sexus verecundiam egredientis, & in l. maritus. C. de procur. & in l. 2. C. de his qui ve. ata. impe. cum dicitur propter pudorem & verecundiam mulierum. & in §. consequens. Instit. de suspect. tut. ibi, non sexus verecundiam egredientis. & in c. indemnitate. §. sed cum eas. de electi. lib. 6. & in cap. 1. in princ. de stat. reg. eo. lib. 6. & in c. nec illud. 30. q. 5.

180 **S**iquidem verecundia quam maximè decet, ornâtque mulieres. Quod vt probem, satis esset vnus testimonium, qui mihi semper fuit instar omnium. Is est Virgilius, quem eruditi omnes tanti semper æstimarunt, quanti alium neminem. Nam cum Didonem, ante Aenæe aduentum, veluti omnibus foemineis virtutibus clarâ depinxisset, tum verò verecundia adornauit, hoc versu:

Tum

Tum breuiter Dido vultum demissa locuta est.

Cui quidem & alios testes, & eos quidem integerrimos adiunxerim, ne tritum illud obiciatur, Vox vnus, vox nullius. Nam Iesus Syrach filius Ecclesiastici 7. Noli discedere à muliere sensata, & bona, quam fortitus es in timore Domini. Gratia autem verecundiae illius super aurum. Et iterum cap. 26. Gratia super gratiam, mulier sancta & pudorata. Et Diuus Paulus 1. ad Timotheum, cap. 2. iubet mulierem cum verecundia ornari. Homerus autem semper & vbiq; cum mulieres aut etiam Deas ipsas vult laudare, eo præconio maximè celebrat, quod verecundas eas appellat: vt lib. 3. Odyssæ:

Θυγατρὲς τε, νῶϊ τε, καὶ αἰδοίῃ πῆλοισι. Et lib. 4. eiusdem operis:

Σίπη δ' αἰδοίῃ ταμίῃ πῆλοισι φέρεται.

Qui versus & lib. 17. eiusdem operis non semel inculcantur. Itemque lib. 10.

- Νύκτας δ' αὖτε πρὸς αἰδοίους ἀλόχοισι Et lib. 18.

Ἐρχεθε πρὸς Ἰωάνη' ἢ' αἰδοίῃ βασιλεῖα. Et lib. seq. bis terque:

ὦ γυναιὲ αἰδοίῃ λαερτιάδης Ὀδυσσεύου. Et lib. 6. Iliados:

- ἔνθα ἢ γαμβροί

Κοιμῶντο φρεσὶμοι πρὸς αἰδοίους ἀλόχοισι. Et lib. 21.

ὄν ἢ μὲν ἕμεων

Περσῶ, ὡσπερ τρώες ὑπὸ Φαίλοισι ἀπόλων;

Πρόην λακῶς σὺν πασι αἰδοίους ἀλόχοισι.

Et rursus in eodem lib. de Iunone loquens:

Ἀλλὰ χλωσαμένη Διὸς αἰδοίῃ πῆλοισι. Et in Hymno Apollinis:

Ἄνδρες σὺν παίδεσσι ἢ αἰδοίους ἀλόχοισι, Et in Hymno Veneris:

ὄνδ' ἐμὴν αἰδοίῃ λέγει ἀδ' ἔργ' Ἄφροδίτης

ἰσίη. -- Et paulo post:

Ἄιδούλω ἀλόχοι πείθετο λέειν' ἀδ' ἔργω. Et in secundo Hymno Vestæ:

ἴλαθ' ὦν ἐπάρη γ' ἐ σὺν αἰδοίῃ πεδίλω τε

ἔσίη. -- Et in 2. Mercurij Hymno, de Maia eius matre:

Ἄτλαντος θυγάτηρ, Διὸς γ' ἐν φιλότιλι μύγαια.

Ἄιδούη. --

Et Ouidius in Ibin, Dianam, quam castissimam fuisse perhibet, & in quam Homerus ipse in Hymno quoquam negat Cupidini ius vllum fuisse, verecundam quoque vocat:

Quique verecunde speculantem membra Dianæ, c. c.

Nam & Demades apud Stobæum Ser. 72. dicere solebat, πῶν αἰδῶς ἔ κέλως ἀκρό- πολιν ἐστίν. Id est, Pudorem in muliere pulchritudinis arcem esse.

181 **S**ed & d. l. in coniunctione. C. de nupti. & aliæ loquentes de pudore, & verecundia muliebris, non asserunt mulieres viris esse verecundiores, sed tantum probant illas esse interdum verecundas: quod nec ego inficior, præsertim virgines puellas adolescentes, quæ nondum frontem perficuerunt: de quibus nuncupatim loquitur d. l. in coniunctione. Est enim illarum (vt verum fatear) propè peculiaris pudor: sicut & apud Lucianum Samosatensem in Deorum iudicio, testis est Iupiter, dicens Palladi, proprium esse virginibus crubescere. Ideoque Tullius in Oratione pro P. Quinto, Plinius Iunior lib. epistolarum 5. ad Marcellinum, Apuleius libr. A sin i auri 1. & Hieronymus ad Eustoch. de acceptis ab ea munusculis, eleganti epitheto verecundiam virginalem vocant. Et Diuus Ambrosius in cap. honorantur. 32. q. 2. pudorem quoque virginalem appellat. Et Tibullus non dissimiliter pudorem virginem vocat, lib. Eleg. 4.

Virgineus teneras stat pudor ante genas.

Vt & Statius lib. 12.

Olim hic virginei custos, monitòrque pudoris.

Et Valerius Flaccus lib. Argonauticò quinto:

Audit virginei custos grandæua pudoris.

pudorè in muliere pulchritudinis arcem esse.

De eadem re.

Puellarum peculiaris pudor.

Virginalis uerecundia.

Virginalis siue uirgineus pudor.

virginis rubor. Et Apollonius Rhodius lib. 3. Argonauticōn, αἰδὸς πῶς θῆναι. Virgilius autem libro 1. Georgicōn, virginum ruborem dicit:

*At si virginum suffuderit ore ruborem, &c.*

Hincque Homero lib. 2. Iliados Astyoche πῶς θῆναι αἰδὸς dicitur, id est, virgo verecūda: vti & Diana, de qua nuper locuti sumus, in 2. eiusdem Hymno: & Pallas in 2. quoque ipsius hymno. Et Ovidius lib. 1. Elegiarum, puellam verecundam peculiari quoque epitheto vocat:

*Forma verecundae nocuit mihi visa puellae.*

Virginitatis dos verecūda. Veluti id epitheton maximè virginibus & puellis conueniat. Nā (vt scribit Ambrosius) de institutione virginis, c. 1. Virginitatis dos quaedā est verecūda, quae cōmendatur silentio. Chrysofostomus autē ad populum Antiochenū, Homilia 30. pronuntiat meretrices impudentes esse, virgines verò verecūdas, huiusq; rationem reddit.

Mulieres impudentes.

182 De eadem re. Porro id quod de meretricibus dicit, apertè probat quae latius suprā diximus nu. 153. incip. pudor autē & seq. Et inter cetera illud Hiero. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisse erubescere. Et illud praeterea Osee 2. vbi introducit meretricē hanc dicentem, Vadam post amatores meos. Id quod D. Hieronymus ibi trahit ad impudentiā meretricū, quae, vt ille dicit, gloriatur in suo scelere. Nec interim assentior Bal. notanti ex d. l. in cōiunctione. naturale esse mulieri propter verecūdiā tacere, si intelligat scēmas esse huiusmodi naturae, vt sint taciturnae ex verecūdia, cū sint mulieres & inuerecundae, vt iam diximus, & admodū loquaces, quod postea dicemus. Ideo Alberi. in l. generalis. de ad op. aliud not. ex d. l. in cōiunctione. videlicet mulieres ex verecūdia loqui non debere: quod & nos faciliè recipimus.

183 De eadem re. Mulieres canibus comparatae.

Sed & hanc mulierum impudentiam adstruit, quod infrā dicemus, cū de inuidia scēmarum differemus, mulieres canibus à multis comparatas, quia eo animal nihil est impudentius, vt quod in propatulo & vbiq; coēat, vt & nos alibi dicemus, scilicet infrā l. 15. nu. 157. incip. Plutarchus. Nam & hinc (vt opinor) impudens & inuerecundus Graecis λύναι vocatur λυνικός, & λυνώπης. Et λυνάων pro magno conuicio Mars bile percitus Mineruam nihil tale merentem vocat, lib. 2. Iliados. Et apud Latinos quoque canis appellatione impudentibus conuicium fieri solet, vt scribit Donatus in Eunuchum Terentij, interpretans illud, Ain? verò canis. Nam & 2. Regum, cap. 16. Abisei, qui tam impudenter Dauidi maledicebat, canem appellauit. Quare maledicit (inquit) canis hic domino meo Regi? Et apud Homerum quoq; lib. 17. Odyssae Vlysses à Melanthio λύνω, id est, canis vocatur: vti & lib. 18. & seq. Melanthius ab Vlyssse. Et lib. 22. Vlysses hoc quoque titulo procos confixit. Et apertissimè id ad impudentiam refert idem Homerus libro 1. Iliad. Nam cū primū Achilles Agamemnonem impudentem vocasset,

*ἢ μοι αἰαδέην ἐπιμνήσει.*  
Paulò post eundem vocat virum canino aspectu:

*Τιμὴν ἀρνύμενοι μενέλαος, σοὶ τε κυνώπια.*

Et apertius quoque lib. 9. Iliad.

*Ἄϊν' αἰαδέην ἐπιμνήσει, ἔδ' αὖ ἐμοί γε*

*τῆλαιν, λύνεός περ ἔωμ, ἔς ὅππαιδ' ἔδ'.*

*Semper impudentiam indutus, neque mihi*

*Tolerabit, caninus quamuis existens, vultum aspicere.*

Et apud eundem lib. Odyssae 4. Helena sese λυνώπια, id est, impudentem vt canem vocat, quòd Paridem secuta fuisset.

*ἄς ὄδ' ὄδυσσῆος μεγαλήτορος ἢ ἔοικε*

*Τυλεμάχου ἤ λειπε νεῶν γεγαῶτ' ἤν' ἄϊκος*

*κεῖν' ἀνήρ, ὅτ' ἐμῶ λυνώπιδ' ἔινεν' Ἀχαιοί*

*ἦλθε δ' ὑπὸ Τροίην, πόλεμον θρασυῶ δρυαίνοντες.*

Et hanc Homeri appellationem ad impudentiam refert ex dictis locis quadam citans Pollux Onomast. li. 5. c. 11. Et alia quoque multa de canum impudentia, vide-

bis

bis apud Cōrardum Gesnerum Hist. animal. li. 1. vbi de cane agit, in litera H Nam & Esaias scriptor sanctissimus, ca. 56. canes impudentissimos appellat. Et Oppianus quoque de venatione li. 5. canum impudentiam notauit. Moses autem Gen. 23. meretricem & canem copulauit. Non offeres (inquit) mercedem meretricis, neque pretium canis in domo Dei tui. De qua re loquēs Diuus Hieronymus in Esaiam, c. 66. Pulchrè (ait) canis & meretrix copulantur, quia vtrunque animal pronum est ad libidinem.

184 HACTENVS, quae de impudicitia mulierum dicenda videbantur. Nunc res ipsa monet, vt deinceps ad Iram, cui quartus locus assignatur, transeamus. Et sanè mulieres sunt iracundae, ad iram procliuēs, irae impatientes. Iracundia enim praecipites feruntur in ferrum, in necem tam suam, quàm suorum. Iuuenalis in calce Satyræ 6. de mulieribus loquens:

*-- Quoties facit ira nocentem*

*Hunc sexum, & rabie iecur incendente feruntur*

*Præcipites, vt saxa iugis abrupta, quibus mons*

*Subtrahitur, cliuòque latus pendente recedit.*

Propertius li. 3. ad Cynthiam:

*-- Nescit vestra ruens ira referre pedem.*

Seneca lib. 1. de Clementia, muliebre dicit, in ira furere. Cui simile est, quod dicit Chrysofostomus in Homilia de decollatione Diui Ioannis: Mulier si iniuriam patitur, insanit. Idem autem Seneca li. 1. de Ira, scribit iram esse vitium muliebre. In quo secutus fuisse videtur Platonem, qui li. 5. de Legibus, iracundiam muliebrem vocat. tanquam videlicet sit proprium peculiariēque mulierum vitium. Terētius autem in Hecyra docet scēmas leuissima quaque occasione in iram prorumpere, cū dicit, Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Sed & ipse Chrysofostomus in epistolam ad Ephesios, Homilia 13. tradit mulieres plerūq; iracundas esse. Et Rafis vbi suprā, dicit mulieres celerius irasci, quàm mares. Et Rabbi Moyse Aegyptius, in lib. Perplexorū 3. c. 49. idem dicit: idq; tribuit debilitati sensus muliebris. Idēmq; propemodum tradit Plutarchus in lib. πρὸ ἀγνωσίας, id est, de cohibenda ira. Sicuti (ait) tumor accidit ex magna plaga in carne, ita in mollissimis animis, si quis se praebeat dolori, hoc ipso quòd maior est imbecillitas, maior elicit iracundiam: hāc q; de causa mulieres iracundiores sunt viris, aegroti fanis, senes iuuenibus, infelices felicibus. Abdicatus item ille Medicus, apud Lucianum in Dialogo, cui & ipse titulum fecit, asserit facilius scēmas, quàm viros, in insaniam prolabi, difficiliusq; huius morbi curationē recipere, ea potissimum ratione, quòd multum habeant iracundiae, ac leuitatis, faciliq; commoueantur, sintque illis vires corporis exiguae. Ecclesiasticus c. 25. scribit non esse iram super irā mulieris. Quod & nostris vsurpauit Bal. in l. si apud. C. de reuo. donat. in id trahens tex. ibi. Et huc quoque respicit, quod Chilo ille Lacedaemonius apud Laertium dicebat, Minari alteri, esse muliebre. Nam id ex ira procedit.

Mulieres iracundae.

Iracundia vitium muliebre.

185 Nemo autem exactius hoc mulierum vitium expressit, quàm Palladas, aut vt alij malunt Telemachus, qui lib. 2. Epigrammaton, scribit mulierem esse iram ipsam.

De eadem re. Mulier irā ipsa est.

*πάρε γυνὴ χόλη δὲ μίχεται ἀγαθὰς ἀλλ' ὄρας,*

*τίω μίαν ἢ βαλαμῶ, τίω μίαν ἢ θανάτω*

Et huc alludit illud Virgilianum libro 7. Aencidos:

*Quam super aduentu Teucrum, Turnique hymenaeis*

*Femine ardentem curaeque inaeque coquebant.*

Nam, Femineae, non otiosè dixit, quoniam (vt etiam annotat inibi interpres) femineus sexus propter imbecillitatem impatientior est irae. Hinc paulò post, vt rabiem vehementiorem ostendat, canes scēmico genere ponit, cū dicit,

*Hunc procul errantem rabide venantis Iuli*

*Commouere canes.--*

Quo etiam in loco interpret ipse dicit, ob id Virgilium dixisse, Rabidæ canes, quia fœminæ faciliùs in furorem concitantur. Et Virgilium secutus Columella, libr. 6. cap. 13. Eodem, inquit, remedio curatur rabiosa canis, vel lupi morsus. Et Apuleius lib. 9. Afini aurei, Annuntiat (inquit) canem rabidam paulò antè per posticum impetu mihi sese direxisse, ardentiq; prorsus furore venaticos canes inuasisse. Quo tamen in loco interpret, alioqui oculatissimus, id minimè vidit. Aesopus autem apud Planudem dicit magnam rem esse placare fœminam, μέγα τε χῆμα πρᾶναι γυναῖκα. Quorsum igitur Ecclesiasticus cap. 10. hæc scribit? Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum, &c.

186 ¶ Tum verò maximè (ne id omittam) mulieres in hoc iracundiæ vitii procliuiores sunt, cum ferunt vterum, præsertim ex fœmellis, vt magna autoritate affirmat Petrus ille Aponensis & Philosophus & Medicus celeberrimus, in Commentariis, quos doctiùs quidem, quàm elegantius edidit in Proble. Aristotelis, libro 10. cap. 35. vbi & huius rei rationem reddit, quam qui volet in eo loco videre poterit: neque enim constitui omnia omnium scriptorum loca huc transferre, ne in immensum hic liber abeat.

187 ¶ Et quod verissimum est, id vitium anus præ cæteris vexat, præcipitèsq; agit, vel testimonio veteris illius prouerbi, quod ex Menandro refertur:

Et anus. Prouerbum. Πολύ χῆρον ἔστιν ὀρέλαι χραῦν, ἢ λῶνα.  
Plus est periculi, anum lacerare, quàm canem.  
Quod ipsum enarrans Erasmus Chiliadis 4. Centur. 8. cap. 28. Hebræorum (inquit) sententiæ negant vllam iram atrociorẽ esse ira muliebri. Irritabile enim & vindex mulierum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam verã magnitudinis est, quasdam iniurias negligere, nec quosuis homines dignari ira sua. Quod Lucanus (vt id addas) satis adstruit:  
-- Non est dignus Cesaris ira.

Est autem (vt ad Erasmus redeamus) formidabile animal mulier, cum ad sex vitium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet. At ancilla præter linguæ venenum, interdum instructa sunt malis artibus, veneficiis, & incantamentis. Itaque nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse verissimum, quod dixit Menander. Hæc ille.

188 ¶ Et quoniam CLAMOR, RIXA, CONTVMELIA, sunt iræ filia, siue comites, vt est recentium Theologorũ, & D. Gregorij sententiã, & de rixa probatur Prouer. 2. 9. Vir iracundus prouocat rixas. Sed & CRVDELITAS quoque, etiam si Theologi prætermittant, hinc proditiùs videtur, atq; etiam VINDICTA, cum ira sit quædam libido vindictæ, vt ex Platonis autoritate scribit Plutarchus in lib. de Virtute morum. Proinde sunt mulieres clamosa, & rixosa, & contumeliosa, & crudeles, & vindictæ appetentissima. Clamosas esse videmus quotidie, viditque Plato, qui lib. 6. de Legibus, scribit eam esse naturam mulierum, vt orationem rectè dicentis sine ingenti clamore audire non possint. Et apud Plautum in Pænulo, cum Pænus dixisset Agorathocli:

Tace, atque parce muliebri suppellectili:  
Interrogassetque Agorathocles, quæ ea esset supellex: Respondit Pænus:  
Clarus clamor sine modo. -- Et alius Comicus Terentius in Prologo Hecyra:  
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum.

Hincq; Ouid lib. 12. Metam. Fœmineum clamorem, proprio epitheto vocat:  
Fœmineo clamore sonat domus. -- Et Silius Italicus lib. 15.  
Fœmineo clamore Dracem extrema rogantem, &c.  
Et ante hos Virgilius lib. 11. Aeneidos:  
Fœmineum clamorem ad cæli sidera tollunt.  
Quod & huc trahit Seruius in eum locum,

¶ Vale

189 ¶ Valerius autem Flaccus libro quarto Argonauticõn, peculiari quoque epitheto, fœmineos vlulatus appellat, veluti fœminarum proprios. Similiter Silius Italicus libro decimotertio,

Fœmineum tenues vlulatum fundere in auras.  
Quod & ante eos fecerat Virgilius libr. 4. Aeneid.  
Lamentis gemituque, & fœmineo vlulatu  
Tecla fremunt.

Quo loco Seruius id dicit esse proprium fœminarum. Et libr. 9. eiusdem operis:  
Euolat infelix & fœmineo vlulatu. Ex quo & idem libr. 2. eiusdem operis:

-- Penitusque caue clamoribus edes  
Fœmineis vlulant. --  
Et libr. 7. eiusdem quoque operis:  
Asi alie tremulis vlulatibus æthera complent.

Et Ouidius libr. 4. Fastrorum:  
Vt clamata silet, montes vlulatibus implent.  
Et in Epistola Oenones ad Paridem:  
Impleuque sacram querulis vlulatibus Idam.

Et in Epistola Didus ad Aeneam:  
Audieram voces, Nymphas vlulasse putauit.  
Et in Epistola Hermiones ad Orestem:  
Mox vbi me thalamus vlulantem, & acerba gementem  
Condidit. -- Et libr. 4. Metamorph.

Sicut erant, viso nude sua pectora nympha  
Percussere viro, subitisque vlulatibus omne  
Impleuere nemus. --  
Et Plinius Junior libr. 6. Epistolarũ, ad Tacitum: Audires (inquit) vlulatus fœminarum, infantium quiritatus. Et ipse Tacitus Historiæ Augustæ, lib. 20. Vt vlulatus fœminarum, & vagitus infantium. Et ante hos Homerus libr. 6. Iliados:

Αἰ δ' ὀδύνην πάσαι Ἀθηνῆ χεῖρας ἀνέχον.  
Hæ autem vlulatu omnes Minerva manus eleuauerunt. Et in Hymno Apollinis:  
-- Θεαί δ' ὀδύνην ἄπασαι.  
Deæ autem vlularunt omnes. Et rursus in eodem Hymno:

-- Αἰ δ' ὀδύνην  
κρησάων ἄλοχοι. --  
-- Vlularunt autem  
Crissagorum mulieres.

190 ¶ At libr. 15. Tacitus muliebrem eiulatum appellat: quod non longè ab illo differt. Hincque est illud Virgilij 2. Aene. à nobis nuper ex parte citatum:

At domus interior gemitu miseròque tumultu  
Miscetur, penitusque caue plangoribus edes  
Fœmineis vlulant: ferit aurea sidera clamor.  
Claudianus quoq; de victoria Stiliconis cõtra Alaricũ, Querelas muliebres vocat:

-- Durate parumper,  
Inquit, & excussis muliebribus ore querelis,  
Fatorum toleremus onus. --  
Ajax apud Philostratum in Heroicis, muliebrem esse dicit clamare. Iuuenalis autem, de veluti tinnientibus mulierum clamoribus loquens, Saty. 5.  
Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas  
Pulsari. --

E nostris Accursius in l. asiduis. in princ. C. qui potio. in pig. hab. scribit mulieres semper clamare: & allegat text. optimum in l. 1. §. sexum. ff. de postul. Et huc alludens Hebræus ille παρομιύχραφος. cap. 9. Mulier (ait) stulta & clamosa, plenâque illecebris & nihil omnino sciens, sedet in foribus suis.

Muliebris eiulatus.  
Fœminei plangores.  
Mulieres querelas.

Iterum de clamore mulierũ.

191 **S**unt item rixosa, litigiosa, iurgiosa, vt asserit Albertus Magnus in libr. iam supra sepius citato. Quod vel satis ex illo Homeri testimonio comprobatur rixosa citato, cum de Contentione, specie Superbia differeremus. Cui subscribens Menander Poeta Græcus:

Χαμῶν λέει ὄϊκος ἄνδρα ἀδελφῶν γυνή.

Tempestas in domibus est viri mulier.

--Dox est (inquit) vxoria lites.

Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem mouerit.--

Semper habet lites, alternâque iurgia lectus, In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.

Et alibi eadem Satyr. ad hoc alludens:

Πῦθο, qui noctu non litigat.--

Diuus Hieronymus in Iouinianū li. 1. citat illud ex Varro Gemino, nobili Declamatore: Qui nō litigat, cœlebs est. Quibus cōuenit illud Xysti Pythagorici in Enchiridio: Nubere, & filios procreare possum: scias vtrunq; Sin autem tanquam prelium sciens, tamē pugnare vis, & vxorē duc, & filios procrea. Is autē est, quem citat Hieronymus ex eodē libr. in c. origo. 3 2. q. 4. Huc quoq; accedit illud Solomonis Prover. 21. Melius est federe in angulo domatis, quam cū muliere litigiosa, & in domo cōmuni. Quod & repetitur iisdem ferè verbis in c. 25. Sequitur autē paulō post, in d. c. 21. Melius est habitare in terra deserta, quā cū muliere rixosa, & iracunda. Et c. 19. Tecta iugiter perfillantia, litigiosa mulier. Cui consimile est, quod eiusdem operis cap. 27. scribitur Tecta perfillantia, in die furoris, aut (vt alij melius, meo quidem iudicio, legunt) frigoris, & litigiosa mulier comparantur.

Proverbiū Salomonis.

192 **Q**uibus concinit vetus illa monumenti inscriptio, quæ Romæ in via Tiburtina hodie conspicitur, tribus his quadratis catalectis:

Hec viator, miraculum, hic vir & vxor non litigant.

Qui sumus non dico. At ipsa dicam: Hic Bæbius ebrius.

Ebriam me nuncupat. Hec vxor, etiam mortua litigas?

Refert Iouinianus Pontanus in libr. quem de obedientia scripsit, & Raphaël Volaterranus in Philologia, & è nostris Catellianus, paulō ante finē suorum Memorabilium, & Andreas Alciatus, libr. πνεύμων 2. c. 13. Nec minū est lepidum Aufonij Epigramma, quod dicunt, perperam, meo iudicio, ex Græco traductum, huius loco accommodatissimum, de Grammatici cuiusdam infausto matrimonio:

Arma virūque docens, atque arma virūque peritus,

Non duxi vxorem, sed magis arma, domum.

Nanque dies toros, totisque ex ordine noctes

Litibus oppugnat meque, meūque lavem.

Atque vt perpetuis dotata à Marte duellis,

Arma in me tollit, nec datur vlla quies.

Itaque repugnanti dedam me, vt denique victum

Iurget ob hoc solum, iurgia quod fugiam.

--Vt denique vitem

Iurgia ob hoc solum.

Aut vt alij legunt:

Aliudque Pallada de Grammatico quoque festiuum Epigramma:

Μῆνιν τ' ἰδομένην γαμετῶν ὁ πάλαι γεγάμηκε,

Καὶ παρὰ τ' ἔργων μῆνιδ' ἀφ' ἑαυτῶν.

Ōmoi ἐγὼ πολὺ μῆνις ἔχου διχόλοισι αἰσχροκλίω,

Ἐργῶν γραμματικῶν, καὶ γαμετῶν μαχίμων.

Grammatico ducta est vxor mihi pestifer ira:

Artis & infelix ira mihi auspiciū.

Hec miser, en gemina satis modō comprimo ira,

Artis Grammaticæ, fœminæque domi.

Aliud item eiusdem & de alio Grammatico:

ὄυ

ὄυ δύναμαι γαμετῶν, καὶ γραμματικῶν ἀλέχεσθαι,

γραμματικῶν ἀπὸ τῶν, καὶ γαμετῶν μαχίμων.

Ἀμφοτέρων τὰ πάθη, θάνατος καὶ μοῖρα πέτυκται,

τῶν ἐν γραμματικῶν καὶ μόλις ἐξέφυγον.

ὄυ δύναμαι δ' ἀλόγῳ τ' ἀνδρομάχῳ ἀσχαρῶσαι,

ἔργῳ χεῖρῳ γὰρ, ἢ νόμῳ Ἀυσόνιος. Id est, ferè ad verbum:

Non possum vxorem, & Grammaticen sustinere,

Grammaticam indigam, & vxorem pugnacem.

Ex utrisque passionēs, mors, & infortunium parantur,

Ipsam Grammaticen vix datur euadere.

Non possum autem ab vxore Andromache diuertere.

Prohibet enim charta, & lex Ausonia.

Et huc quoq; spectat, quod supra, in Superbia, de cōtentione mulierum scripsimus.

193 **Q**uod cum aliis semper ac in omnibus omnium nationum mulieribus verū sit, praesertim verò in nostris Gallicis, si verum dicit Ammianus Marcellinus lib. Rerū gestarum 15. quo loco mores Gallorum describit, vbi asserit Gallos ipsos audios iurgiorum & sublatius insolescentes, subditque hęc verba: Nec enim eorum quempiam, adhibita vxore, multò fortior & grauior peregrinorum ferre poterit globus. Quorum verborum obscurorum quidem, vt sunt cetera eiusdem autoris, hic propemodum sensus est: Si Gallo viro rixanti accesserit vxor, eos quidem rixando superaturos multò plures ac fortiores alterius nationis homines.

Mulieres Gallica maxime iurgiosæ.

194 **F**œminas quoque esse contumeliosas, iniuriisque abunde refertas, nemo it inficias propter auctoritatem Chrystostomi, qui in Acta Apostolica c. 5. scribit, muliebres esse contumelia afficere: & Platonis qui libr. 11. de Legibus muliebres haberi dicit, qui sibi inuicem verbis turpibus maledicunt. Cui subscribens eius discipulus Aristoteles, in eo loco, quem supra toties citauimus, scilicet libr. 9. Histor. animal. in princip. eas scribit viris esse maledicentiores, atque mordaciores, fœminæ enim naturæ proprium esse τὸ φιλολοιδόρον, καὶ μεμψιμοίρον, id est, conuiciandi cupiditatem, & querulam naturam. Id quod etiam quotidie experiuntur, quibus est cum mulieribus certamen linguarum. Aesopus, teste Planude, assererat mulierem minima quaque recula offensam conuiciari: γυνή (inquit) ἐπ' ἐλαχίστῳ ἀλεχέεται, καὶ λοιδόρει. Ex nostris Ioan. Andr. & Domi. in c. indemnitatibus. §. vt autem. de elec. lib. 6. tradunt ob id inter ceteras causas illic statui, ne in electionibus monialium fiat collatio zeli ad zelum, & meriti ad meritum, vt fit in electionibus virorum: quoniam si ita fieret, infinita sibi conuicia inuicem ingererent. Insigne autem exemplum muliebris maledicentiæ fuit Iambe, à qua ἰαμβέλλου, prisca dixerunt pro conuiciari & maledicere, vt scribunt Suidas, & Hesychius, & Hephæstion. Atqui Euripides in Phœnissis scribit mulierum genus esse φιλόλορον, tanquam dicas obrectatorium, obiurgatorium, cauillatorium, vituperatorium, si ita loqui nobis permittitur, illic enim dicit:

φιλόλορον γὰρ χεῖμα θηλέων γένος.

Et hinc fortasse ortum est, quod mulieres canibus quandoque legimus comparatas: vt diximus supra numer. 182. sed & hanc. Nam & maledicos canes appellare solemus, propter perpetuum illum & naturalem latratum canum. Hinc Horatius in Epod. Calsium Seuerum, quod esset Poeta maledicus, ignauium canem appellat, vt & ibidem tradidit Acron.

Mulieres contumeliosæ, & iniuriarum abundantes.

Iambe, ἰαμβέλλου.

195 **C**rudeles autem fœminas esse, scribit Alberi in l. filia in orbitate. C. de inoff. testa. nisi mendum sit, in quibusdam codicibus Alberi. vt supra alibi docuimus. Sed id satis probat Græcus ille Menandri versiculus:

Ἰση λεάνης, καὶ γαλακῶς ἀμύτης.

Æqualis leæne, & mulieris crudelitas.

Mulieres crudelēs.

Et ille, quem in alio loco adduximus:

οὐρανὸν ἀπαύτων ἀργιόλεγε γυνή.

Ferarum omnium immittior fœmina

Cui succinens Tibullus ita cecinit:

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen.

Propterea & Virgilius 4. Aeneidos, inducit Didonē hæc crudelissimè dicentem:

Non potui abreptum diuellere corpus, & undis

Spargere, non socios, non ipsum absumere ferro

Ascanium? patriisque epulandum ponere mensis?

Et Horatius Europam libr. 3. Carminum, Ode 27.

Si quis infamem mihi nunc iuuentum

Dedat iratæ, lacerare ferro, &

Frangere enitar modò multum amati

Cornua tauri.

Et Terentius Pythiam, in Eunucho:

--Qui nunc si detur mihi:

Vt ego vnguibz facile illi in oculos inuolem venefico!

Et Thajdem in eadem fabula:

--Sine, vt

Veniat: atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico

Effodientur.--

At Seuerus Cecinna apud Tacitum libr. 3. affirmat muliebrem sexum, si licen-

tia adfit, fœuum esse: quod nos alibi retulimus.

196

Præ cæteris autem nouerca sunt in priuignos crudeles, diræ, immanes, fœuæ, immites, truces, funesta, terribiles, & magis quidem, quàm vitrici, vt non abs re huiusmodi epitheta illis sint peculiariter attributa. Cestius Pius apud Senecam libro quarto Controuersiarum, Sed adhuc (inquit) crudelis & pertinax nouerca, post omnia deuicta nihilominus fœuit. Ouid. in Episto. Medæ ad Iasonem,

Seuier in partus dira nouerca meos?

Et Claudianus de Raptu Proserpinæ, libr. 3.

Diræ.

In diræ subito mores transisse nouerca.

Et Virgilius libr. 2. Georgicôn.

Sæuæ.

Pocula siquando sæuæ infecere nouerca.

Et Ouidius libr. 2. Tristium:

Nam quid in Hippolyto est, nisi sæuæ flammâ nouerca?

Et Seneca Tragœdiographus in Octauia:

Tulimus sæuæ iussa nouerca

Hostilem animum vultusque truces.

Rursûmque:

Seuæ cui lachrymas dedit

Iterûmque in Hippolyto:

Etiâ nouerca.--

Vincit seuas cura nouercas.

Et Statius libr. 2. Sylvarum, in Epicedio in Glauciam Melioris:

--Cui sibi la serpens

Poneret, & sæuæ vellent seruire nouerca.

Et Valerius Flaccus libr. Argonauticôn 1.

--Heu sæuæ nequicquam erepta nouerca.

Et iterum libr. 5.

--Heu sæuæ formido nota nouerca.

Nam & è nostris glos. in c. pastoralis. super verbo, principia, de re iudi. Solent (ait) nouerca in priuignos fœuire. Sed, vt ad alia epitheta transeamus, Ouid. lib. 1. Met.

Terribiles.

Lurida terribiles miscent aconita nouerca.

Menander,

Δφόντερον δὲ δὲ ἄλλο μὴ βῆναι λαχόν.

Terribilis non aliud nouerca malum.

Euripides in Alceste:

Ἐχθρὰ γὰρ ἐπινοῶ μὴ γὰρ τέκνοισ.

Tois πρὸδ' ἐχθρὸν δὲ δὲ ἠπιωτέρα.

Hostis enim consequens nouerca liberis

Prius

Prius genitû, vipera nihilo mitior.

Et Seneca in Hippolyto:

Audite Athene, tuque funesta pater

Peior nouerca.--

Funestæ.

Quis autem nescit, Arsinoën Lyfimachi Macedoniae Regis vxorem, Agathoclem vitricum in regni successione destinatum, veneno necasse? id attestante Iustino circa princip. libr. 17. Sed nos de hac nouercarum crudelitate, & fœuitia abundantius dicemus in aliis nostris commentariis Consuetudinum Picta. tit. 28. Vt interim tamen non prætermittam text. in l. i. C. in quib. caus. cess. long. temp. præscript. & in l. non est. quæ est quarta. D. de inoff. testam. Et quod scribit Hyginus fabularum c. 19. Phineum Agenoris filium, filios, quos ex Cleopatra susceperat, nouercæ crimine excæcasse.

197

Quantùm aduersus hæc facere videtur, quod scribunt Aristoteles & Auicenna, vterque libr. 9. Animalium, c. 1. mulieres viris esse misericordiores, ac magis pias: quod & placuit nostro Io. Fabr. in l. vlti. post princip. C. de iuris & fact. igno. Hincque illud Hypermnestræ Ouidianæ ad Linum:

Fœminæ uiris misericordiores.

Fœminâ sum, & virgo, natura mitis, & annis.

Quasi dicat fœminâ viris suaapte natura esse mitiores, & iuniores senioribus. Et huc quoque alludit illud Plautinum in Rudente:

Misericordior nulla est me fœminarum.

Quinetiam Diuus Cyrillus, Muliebre, ait, genus quodammodo lacrymarum amans est, & animo ad misericordiam facili præditum. Græcè sic legitur: φιλόδρα- κήρα πως ἀεὶ τὸ δῆλον γένεσθαι, καὶ τὸ νῦν εἰς ἔλεον ἐπιτάσσειται ἔχειν. Id quod & ex eo repetit Antonius Monachus libr. Melissæ 2. Serm. 33.

198

Sed nec id quod de nouercis dictum est, perpetuò verum est (id enim obiter dicere voluimus) quando legamus & nouercas quasdam priuignos filiorum loco dilexisse. Ex quibus prima occurrit Theano Antenoris vxor, quæ Pedæum priuignum non aliter educavit, quàm si vnus ex illius liberis fuisset: vt scribit Homerus libr. Iliad. 5. Deinde Eriboæ, Martis nouerca, cuius precibus Mercurius furtim ipsum Martem priuignum, à vinculis, quibus eum Otus & Ephialtes filij Aloei alligarant, liberavit: vt scribit idem Homerus eod. libr. Iliad. 5. Et longo post tempore nouerca Cornelij Syllæ, eum perinde ac filium diligebat: ab eaque, cùm è vita excederet, proximis neglectis, hæres relictus est: vt est testis Plutarchus in Vita illius. Et haud multò post Octauia illa Augusti soror, & M. Antonij vxor, quantùm rescuisset Antonium maritum miserimè Cleopatram deperire: tamen ipsius domum neque deseruit, neque filiorum eius curam remisit: sed eos diligenter excoluit, nec solum communes, sed etiam priuignos, ex Fuluia priore vxore susceptos. Atque etiam post mortem Antonij filium eiusdem ex eadem Fuluia genitum, ita magnum apud Augustum fratrem fecit, vt post Agrippam, & Liuiæ filios primas obtineret: vt & idem Plutarchus in Vita ipsius Antonij memoriæ prodidit.

Nouerca interdum priuignos, ut filios diligit.

199

Et vt aliquid ex nostris afferamus, Vlpianus in l. si mulier. D. de castren. pecu. scribit ea castrensi peculio annumerari, quæ miles ex ea pecunia comparat, quam illi nouerca ad id ipsum reliquerit, quod nunquam dixisset, nisi aut sciuisset aliquando factum, aut aliquando futurum existimasset. Et id quidem factum fuisse testatur Scauola, apud quem in l. filio. §. Seia. D. de adi. leg. nouerca legauit priuigno suo auri pondo quinque. Nam &, quod plus est, in l. etsi sine. C. ad Senatufconsultum Trebellianum, mulier quæpiam priuignum suum hæredem instituit. Et in l. mulierem. C. de adopti. alia mulier impetrauit à principe, vt sibi liceret priuignum adoptare. Ex nostris Interpretibus Benedic. Capr. consilio 132. punctus quidam Ser Patregnianus, tradit fœminam quampiam priuignum suum, nõ fœcus ac fil

De eadem re.



ac filium, dilexisset: ex hocque in pulchro casu consuluit, ut ibi videre licet.

200 ¶ Postremò mulieres esse appetentiores vindictæ, apertissimè probat illud Iuuenalis Satyra 13.

Fœminæ uindictæ appetentes.

--Vindicta

Nemo magis gaudet, quàm fœmina.

Quam sententiam citat approbâtque è nostris Luc. Pen. in l. r. C. de muli. & in quo loco, libr. 10. Ex quo mulier quæpiam Apuleiana lib. 5. de Asino aureo, indignanter illud pronuntiat, se non mulierem esse, nisi vltionem caperet à sorore, cui ea infensa erat. quod & nos alibi, ni fallor, adscripsimus. Et huc quoque pertinet, quod scribit Horus Apollo, in libr. cui titulus est ἱερολυφικὰ, veluti dicas, sacra Aegyptiorum notæ, apud ipsos Aegyptios masculi animantis cornu depictum opus significare: fœminæ autem, vltionem. Et hæc quidem de ira & eius comitibus.

201 ¶ Quòd autem sint gulæ intemperatiōis fœminæ (vt iam ad quintum vitiū transcamus) ex hoc vno facilè possumus intelligere, quòd antiquus ille dæmon Euam, viro prætermisso, inter cætera hoc teli genere impetiuit, & facile superauit. Sciebat enim sexum muliebrem in hoc vitium esse propensiorē, celeriusque & minore negotio obtemperaturam sibi fœminam, quàm virum. Itaque Manruanus in ea Ecloga 4. in qua mulieres infinitis propè epithetis confixit, eas inter alia bibaces, voraces, ganæ studiosas, palatum doctas, vocat. At multis antè seculis Aristophanes ἐγ σαμοφοριασάσας (si tamen is est: nam sunt qui dubitant) de fœminis hæc ex Euripide, & aliis superioribus Poëtis adscripsit:

Fœminæ gulæ intemperatiōis.

Vinosæ.

Τὰς ὄνοποδίστας, τὰς προδότηστας, τὰς λάλας,

Τὰς ἄδερ ὑρίες, τὰς μέγ' ἀδρόσιμ λακόυ.

Vini bibaces, proditrices, garrulas,

Nihilque sanum, magnum viris malum.

Et alibi in eadem fabula, de illis quoque loquens,

--ὡ ποτίσασ?

Καὶ πᾶσι τοῖς ὑμῶς μηχανόμεναι ποίει.

Ὡ μέγα λαπήλοισ ἀγαθῶν, ἡμῶν δ' αὖ λακόυ.

--O bibacissime,

Et omni arte machinantes bibere.

O magnum cauponibus bonum, nobis autem contra malum.

202 ¶ Xenarchus in Pentathlo, ad indicandam mulierum vini appetentiam, inducit fœminam non inuenistè ita filia loquentem: ἔμοι γένοιτο σὸ ζῶσας, τέκνον ἐλδύθερον, πίνουσα ὄνον ἀφθάνειν. Sit mihi te viuente, o filia, liberum, vt bibens vinum intream. Sed & inibi addit, ὄνον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὄνον ἤραφω. Quasi innuere velit, tum maximum esse mulierum iurandum, cum per vinum iurant. Alexis autem, de Græcis mulieribus sic scribit:

Γυναιξὶν ἀρκέ πᾶσι, ἐὰν ὄνον παρῶ.

Mulieribus omnia suppetunt, si vinum adsit.

Quæ & ipse recensuit Athenaus.

203 ¶ Sed audi etiam huius rei testimonium ex nostris Comicis. Apud Plautum in Curculione, mulier quæpiam profusi vini odorem fentiens, hæc verba profert, quibus apertè ostendit omnem se felicitatem in vino collocare:

Flos veteris vini meis naribus obiectus est,

Eius amor cupidam huc me per tenebras prolucit.

Vbi vbi est, prope me est: euax habeo: salue anime mi,

Liberi lepos, vt veteris vetusti cupida sum!

Nam omnium odor ynguentorum, præ tuo nautea est:

Tu stacte, tu cinnamum, tu rosa, tu crocum, & casia es,

Type

Tu petalium: nam vbi tu profusus, ibi ego me  
Peruelim sepultam.--  
Hæcenus Plautus. Sed quis audiuit virum hæc aut similia pronuntiantem siue apud Comicum, siue apud alium scriptorem? Vt non sine causa D. Paulus 1. ad Timotheum 2. mulieres sobrias esse præcepit. Et ad Titum cap. 2. ne anus multo vino feruât. Quem locum interpretans Diuus Chrysofostomus, Idem (ait) mulierum & senectutis vitium est: nam quòd ætate frigescant, magno potationis inferiunt studio. Quocirca eas hinc maximè admonet, vt omnibus ex partibus ebrietatis vitium amputent, eas ab hoc morbo remotissimas esse cupiens, atque irrisionem, quæ hinc exurgit, effugere: sciens scilicet, eas huic vitio esse addictissimas.

204 ¶ Iuuenalis autem Sat. 6. de muliebri vini bibacitate ita scribit,

--Tanquam alta in dolia longus

Deciderit serpens, bibit & vomit.--

Nam & Plinius lib. 10. cap. 7. 2. & iterum libr. 2. 2. cap. 2. 3. tradit serpentes præcipuè vinum appetere. Tanquam scilicet illud inuideant serpentes mulieribus, earum hostes perpetui, à Deo O. M. Gen. cap. 3. destinati, ne scilicet in ea re ab illis vincantur. Nam & in simili tradit ipse Plin. libr. 14. cap. 2. 2. M. Ciceronem Tullij Oratoris filium, binos vini congios haurire solitum, nimirum cupientem hanc gloriam afferre interfectori patris sui, M. Antonio, viro omnium vinosissimo. Nisi potius dicas, non id tam ex similitudine esse, quàm ex identitate, si ita fari liceat: quoniam eadem dictio, scilicet Eua, sine aspiratione apud Hebræos mulierem significat, cum aspiratione serpentem: vt scribit D. Epiphanius lib. 3. contra hæreses. Cæterum Ecclesiasticus cap. 2. 5. comparat mulierem colubro: Non est (inquit) caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. Quod & nos alibi ad aliud retulimus. Legimus autem mulieres aliquando serpentes peperisse, apud Plinium lib. 7. cap. 3. Faciuntq; & alia aliorum scriptorum loca supra citata numer. 21. incip. superiorum sententias.

Serpentes vini appetentes.

Eua Hebræis mulierem significat, Eua serpens.

205 ¶ Et hinc, vt opinor, quòd videlicet mulieres sint huic bibacitatis vitio ex more, & sexus natura admodum obnoxia, Accurs. noster leuem existimauit quotidianam ebrietatem in muliere, in l. r. §. taceat, in verbo, mores. C. de rei vxor. acti. & iterum in l. vlt. in glos. item vlti. C. de repud. Nec is quidè solus, quoniam Græcis omnium peccatorum minimum id esse videbatur, vt testis est Dionysius Halicarnassensis, li. 2. Nam si tollas hunc excusationis prætextum, nihil video, quod sit magis abhorrendum, detestandumque in fœmina. Nam & Diuus Chrysofostomus, tum in Mathæum, Homilia 16. tum earum, quæ sunt ad populum Antiochenum de rebus diuersis, Homilia 71. grauius pronuntiauit, nihil esse turpius ebriosa muliere. Et in Acta Apostolorum, Homilia 28. Nihil (ait) fœdius muliere ebria: obscuratur ei visus, turbatur serenitas & puritas oculorum, quasi nube quadam radiis solaribus succedente. Opus illiberale & seruire, & omni ignobilitate plenum. Quàm insuauis est mulier vinum spirans, quod olet & corruptum est. Et paulò post: Da formosam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricem, ebriam, & sumptuosam, nõnne quauis re fœda ac turpi deformior est? Et Hieronymus, aut quisquis est, in Regula sanctimonialium ad Eustochium, cap. 36. asserit sacrilegium esse ebrietatem in fœmina. Et Ouidius lib. 3. de Arte amandi:

Type iacens mulier multo madefacta Lyæo.

Et scribitur Ecclesiastici. cap. 26. Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia, & turpitude eius non tegetur. Quem locum Clemens Alexandrinus Pædagog. libr. 2. cap. item 2. asserit, vt ostendat ebrietatem in muliere admodum esse turpem.

Ebrietas in fœmina an sit leue peccatum.

206 ¶ Ex hoc bibacitatis vitio fortè prodiit, vt olim apud multos populos vsus vini esset interdictus fœminis, vt quas viderent illius quidem vsu esse intemperantiores: ideoque fatius esse, vt omnino abstinerent, sicuti obseruatum fuisse comperi-

Vini vsus apud multos fœminis interdictus.

E

**Romanos.** mus apud Romanos, cæteròsque vniuersim Latinos, Milesios, Mafsilienses: Vt de Romanis tradit Halicarnasseus, libro secundo, Polybius libro sexto, M. Cato in Oratione de dote, Tullius libro tertio de Natura Deorum, & libro tertio de Republica, vt citatur à Nonio Marcello in verbo, Temetum, Valerius Maximus de Institut. antiquis, Plinius lib. 14. cap. 13. in princip. vbi de hac re multa: Inuenimus (inquit) inter exempla, Egnatij Mecenij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, inperfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. Fabius Pictor in Annalibus suis scripsit, matronam, quòd oculos, in quibus erant clauis vinarie celleg, resignasset, à suis inedia mori coactam. Cato ideo propinquos fœminis osculum dare voluit, vt scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat: vnde temulentia appellata. Cneus Domitius pronuntiauit mulierem plus vini bibisse, quàm valetudinis causa, viro insciente, & dote multauit. Hæc Plinius. De quibus etiam Plutarchus in Problematis Romanorum, cap. 6. Arnobius libro 2. aduersus gentes, Tertullianus in Apologetico, cap. 6. Diuus Ambrosius in Epistolam Pauli ad Colossenses, capite tertio, & Aulus Gellius libro decimo, capite vigesimotertio, vbi & in Latio id obseruatum fuisse tradit. Et Alcimus Siculus in Italica historia, apud Athenæum, qui & huius rei causam adscripsit. Quibus assentitur Sextus Clodius, in libro sexto de Diis, quem Græcè scripsit. Nam illic prodit, Fatuam à Fauno marito rege Latij virgis myrteis vsque ad mortem fuisse castam, quia contra morem clam vini ollam, aut (vt alij interpretantur) seriam (est enim id vas vinarium) meri plenam ebiberat, vt etiam retulit ipse Arnobius, libro quinto aduersus gentes. Vbi dicit, hanc dictam fuisse Bonam Deam. Et eius discipulus Lactantius libro primo, capite vigesimo secundo, Blondus autem lib. Triumphantis Romæ quinto, scribit se instrumentum dotale legisse, ante annos plus minus 300. confectum, quo patri puellæ sponfus promittebat, quoties illa peperisset, vinum illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendum dare: & pariter de consilio Medici, quàm diu ægrotasset. Insuper omni festo solenni die, potu illam vnico oblectaret. Ex quo vides Romanos id diutissimè obseruasse. Eiusque rei lex posita fuit ab ipso Romulo in hæc verba: SI VINVM BIBERIT DOMI, VTI ADVLTERAM PVNIVNTO. Quibus verbis ostenditur, mulierem vinosam, & adulteram, eiusdem criminis reas esse, veluti alterum ex altero prodeat. Et hæc quidem de Romanis, & alijs Latinis.

**207** **Milesios.** **Mafsilienses.** **Et alios plurimos.** De Milesijs autem, atque etiam de Mafsiliensibus, (de quibus & nos supra locuti sumus) autor est Theophrastus, qui & id tempestate sua Mileti obseruatum fuisse tradit. & Cælius è recentioribus, vir antiquitatis peritissimus, libro Antiquarum lectionum decimo quinto, capite sexto, qui tamen vt aliàs semper, tacet nomen auctoris, à quo id habuit. Quin id propè perpetuum est apud omnes gentes, vt mulieres, aut omnino vini expertes sint, aut eo aquatissimo vti velint, vt scribit Xenophon statim circa initia Reipublicæ Lacedæmoniorum.

**208** **Vinum Veneris incitamentum.** Quamquam & hoc fuisse institutum videri potest, propter naturalem illam, de qua supra diximus, mulierum libidinem: ne videlicet mulieres ipsæ vinum bibentes, libidinem libidini adderent. Quandoquidem (vt à Valerio huiusmodi institutum recensente scriptum est) proximus est locus à Libero Baccho ad inconcessam Venerem. Ideoque Diuus Paulus ad Ephesios capite quinto, Nolite (inquit) inebriari vino, in quo est luxuria. Quod & citat noster Accursius in l. quæ adulterium, in verbo, intemperantiæ, C. de adulter. in id referens eum textum. Et Salomon Prouerbior. vigesimo: Luxuriosa res est vinum. De qua re affatim in Decretis canonicis, distinctione vigesima quinta, & in c. crapula, de vita & honestate clericorum, Aristoteles autem libro Problematon trigesimo, cap. primo, scribit vinum cupiditatem Veneris imprimis accendere posse. Ideoque non ineptè Venerem Baccho iunctam plerosque existimare. Orpheus autem in Hymno ipsius Veneris, eam vocat Bacchi sociam, & dapibus gaudentem:

-Σ 14

--Σ 14 Βάκχοιο παρέσθε

Τεγοπολίη θαλίασι.--

Ex quo est & illud Terentij in Eunucho:

--Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Nam & Priapum fabulantur antiqui, Dionysij, qui & ipse Bacchus est, ac Veneris filium fuisse, quòd qui vino indulgent, sint ad Venerem proniores, vt tradit Diodorus Siculus, libro quinto Bibliothecæ. Cui accedens Pausanias libro nono, quo Bœotica describit, autor est, Lampfacenos dicere, Priapum ipsum Dionysij ac Veneris esse filium: quod & Stephanus, & Apollonij interpretes in libro primo Argonauticòn tradiderunt. Eustathius autem tradit Priapum & Silenos Bacchi comites ideò dici, quòd ebrij salaces sunt. At Silius libro quinto Punicorum, scribit ebrietatem Veneris esse comitem. Nam Venerem alloquens:

Priapus Bacchi & Veneris filius.

Priapus Bacchi comes.

Ebrietas (ait) tibi fida comes.--

Et vt scribit Ouidius lib. 1. de Arte amandi:

Vina parant animos faciuntque caloribus aptos:

Cura fugit, multo diluiturque mero.

At paulò post:

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Atque iterum lib. 2. de Remedio amoris:

Vina parant animos Veneri.--

Et libro 1. de Arte amandi:

Ecce suum vatem Liber vocat: hic quoque amantes

Adiuuat, & flammæ, qua caret ipse, fauet.

Et rursum lib. 3.

Cum Veneris puero non malè, Bacche, facis.

Et Euripides in Bacchis:

ὄντο ἡ μὲν ἐστὶν ἄνθρωπος, ἡ δὲ ἐστὶν κῦρσις.

Vino autem sublato, non est Venus.

Athenæus libro decimo Deipnosophiston, scribit Aristophanem vocasse vinum Ἄφροδίτης γάλα, id est, lac Veneris, quòd ipsius vsus sit Veneris incitamentum. Apuleius libro secundo Asini aurei tradit, Liberum esse hortatorem & armigerum Veneris. Horatius autem libro tertio Carminum, Ode decima octaua, craterem vini, sodalem Veneris appellat. Denique Diuus Chrysofomus, aut quisquis est, enarrans illud Matthæi primo capite. Cùm esset desponsata mater eius Maria, & cætera. Omnis (inquit) mulier, quæ vinolenta & comestrix est, eadem quoque meretrix est. Et hæc quidem verissima sunt: licet Euripides secum pugnans, in Pentheo, apud Stobæum capite tertio, & iterum capite septuagesimo primo, scribat, non esse Bacchum, qui ad intemperantiam adigat mulieres circa Venerem, sed in ipsa natura temperantiæ vim semper inesse:

Fœmina vinolenta, eadè meretrix.

ὄνχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖ ἀναγκάσει

γυναῖκας ἐς τὴν κῦρσιν. ἄλλ' ἢ τῆ φύσει

τὸ σωφρονεῖν ἐνέσται ἐς τὰ πῶντ' αἶα.

**209** Hoc autem violentiæ & voracitatis muliebris vitium, maximum Medicorum Hippocratem mendacem fieri coëgit. Is enim libro sexto Aphorismorum, capite vigesimo nono, scribit mulieres nunquam podagra laborare, nisi menstrua deficiant: & ratione quidem optima, quoniam, vt inibi, & in Aphorismo præcedenti tradit Galenus, nisi humores admodum superabundauerint, ex sola partium imbecillitate podagra fieri non potest. Ideo vacationis ratione mulieres podagræ sunt immunes. Et id quidem tempore Hippocratis verum fuit. Sed postea tamen mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate, victus intemperantiæ, huiusmodi naturæ beneficium perdiderunt, cùm multas videamus podagræ obnoxias, antequam menstrua deficiant, vt pote humorum exuperantia, quos id vitium producit. Quod & scitissimè annotauit Seneca ad Lucilium, Epistola 95.

Iterum de mulierum vinolentia.

Mulieres tempore Hippocratis podagra non laborabāt. At sua ingluuie nature beneficium perdidērunt.

cuius hæc verba sunt: Maximus ille Medicorum, & huiusmodi scientiæ conditor, fœminis nec capillum defluere dicit, nec pedes laborare. At qui etiam capillis defluunt, & pedibus agræ sunt. Non mutata fœminarum natura, sed victa est. Et paulo infra: Non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant, atque inuitis ingesta viscerebus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt. Et paucis interiectis: Quid ergo mirandum est, maximum Medicorum ac naturæ peritissimum in mendacio præhedi: cum tot fœminæ podagricæ, caluæque sint, quæ beneficium sexus suis vitis perdidit. Quam etiam sententiam approbat Petrus Aponensis, & Philosophus, & Medicus celeberrimus in Conciliatore, differentia 9. & iterum in Commentariis Problematum Aristotelis li. 10. ca. 37. Exemplum autem voracitatis muliebri celeberrimum nobis reliquit Charybdis fœmina voracissima, quæ cum rapuisset ac vorasset boues Herculis, à Ioue fulmine tacta, & in mare præcipitata dicitur: vbi naturam pristinam seruans, vorat forbétque vniuersa. Hinc enim causam fabulæ traxerunt Poëta.

Charybdis uorax causam dedit fabulæ.

210

Quod si quispiam obiiciat, non rectè mulieres veluti peculiariter & domesticè bibaces appellatas, quoniam viros crebrò, fœminas rarò inebriari conspicimus, vt etiam autor est Aristoteles in lib. quem de ebrietate cõposuit, & quisquis is fuit, qui libros illos Geoponicõn edidit, lib. eiusdè operis 7. cap. 34. sciat is, id non propterea vsu euenire solitum, quòd magis sobriæ, minùsq; vini hauriât fœminæ, sed quoniam sint humidissimo corpore: id quod docet læuitas cutis, & splendor, & assiduæ purgationes superfluo exonerantes corpus humore. Cùm ergo potum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim suam perdit, & fit dilutus: nec facilè cerebri sedem ferit, fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat sententiæ veritatem, quòd muliebre corpus crebris purgationibus est deputatum, pluribus præsertim foraminibus, vt pateat in meatus, & vias præbeat humori in egestionem exitum confluenti. Per hæc foramina vapor vini celeriter euanescit. Præterea nimis frigore, quod in earum est corpore, frigescit haustum vinum, & ita debilitatur, vt vis eius, quæ elanguit, nullum calorè possit, de quo nascitur ebrietas, excitare. Quarum rationum autor est reconditissimæ scientiæ Plutarchus lib. Symposiacõn 3. cap. item 3. & post eum Aurelius Theodosius li. Satur. 7. cap. 6. qui tamen Plutarchi non meminit, licet totum illum locum ex eo sumpserit. Nec illud deniq; prætermittemus, Hesiodum lib. 2. ἐργῶν & ἠμεινῶν, vituperare mulierem ἀειπυλόχῳ, id est, comestaticem, & quæ passim conuiuia frequenter.

Mulier diæpυλόχῳ vituperatur.

211

Ceterum quisquis mulierem vinosam habebit, humorè illum tenuem, qui de farmentis post casuram defluit, colligito, & ignoranti inter pocula exhibeto: & vini desiderium in ea cessabit & extinguetur: vt & ille autor Geoponicõn tradit, li. illo 7. c. 32. auctoritate Democriti. Plinius autem li. 30. ca. 5. Ebriosus, inquit, oua noctuæ per triduum data in vino, eius tædiu adducere. Quod & ipsum, aliter tamen, tradit Philostratus ex Iarcha Bragmanarum principe, in Vita Apollonij, lib. 3. ad fi. vt ibi quoque quisque videre poterit. Idem Plinius lib. 32. cap. 10. scribit nullum in vino necatum, vel piscem rubellionem, vel anguillas duas, itemq; vnam marinam in vino putrefactam, iis qui inde biberint, tædiu vini afferre. Albertus Magnus li. 2. de Animalibus, testis est, eos vinum abhorreere, qui sterces leonis in vino potarint. At iam illud est, quod à plurimis proditu est, eos qui ex aqua fontis Clitorij Arcadiæ biberint, abstemiõs fieri. Nã huius rei testes sunt Vitruuius lib. 8. cap. 4. Ouidius lib. 15. Metam. illis versibus, Hinc quòd, vt indigenæ memorant, &c. & rursus eod. lib. illis versibus, Clitorio quicunq; sitim &c. Plinius ipse lib. 31. cap. 2. & Vibius Sequester. Sed & Eudoxus apud Stephanum scribit, in Azania Arcadiæ fontem esse, cuius aquam gustantibus adeò vini tædium veniat, vt eius quidem odorem non ferant. Porro Anacharsis Scytha interrogatus, quo pacto quis abstemius, siue inuinius fieret. Si ebriosorum (inquit) motus sibi ob oculos ponat. Id quod ei simile est quod de iratorum vultu considerando iracundis suadet Cicero.

Mulier diæpυλόχῳ vituperatur.

212 SED ET INVIDAS (quod est sextum vitium) eas appellat Mátuanus in eadem illa Ecloga, secutus Aristoteli & Auicennam, & Albertum, qui in locis iam supra toties citatis, scribunt mulieres inuidas magis esse quàm viros: & adstruit Plinius Cæcilius in Panegyrico ad Traianum, cuius hæc verba sunt: Nihil est tam prouum, in eo lib. quem ad similitudinem, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Ea porro maximè nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, exardescit inuidia, cuius finis est odiu. Et hoc quoque confirmat Græcus ille verficulus à nobis alibi in aliam rem citatus: Ζῆλος γυναικὸς πάντα πνεύσσει δόμου. Id est ad verbum: Zelos fœminæ omnem incendit domum.

At Menander apud Lucianum in lib. cui titulus est, Ἐρωτες, tradit inuidiam rem omnium molestissimam, perpetuam esse mulierum comitè: hæc enim sunt illius verba. Χαλεπώτατον φθόνος μὲν ἔστι πάντα τὴν βίον γυνή. Sed & Euripides in Andromache ita scribit: ἐπιφθόνου ἢ χεῖμα θυλίων ἔφην, καὶ συγγάμοισι δυσμενὲς μάστιγ' αἶε. Id est, Muliebris mens inuidiosa res est, Et maximè inuenta maritis semper.

213 Et hinc fortassis Simonides, quem & ipsum supra citauimus, dicit vxorem esse canem ornatam. Est enim canis animal inuidu, qui etsi ipse nō vescitur hordeo, aut fœno, tamen non sinit equum famelicum, qui possit edere, id facere. Vnde apud Lucianum, in eo lib. quem aduersus indoctum scripsit, & iterum in Timone μὲν ἄνθρωπος, id est, osore hominum, rursusque in eo Dialogo, cui titulus, Virtus dea, adagium est, Canis in præsepì, in eos qui nec ipsi fruuntur re quapiam, nec alios vti sinunt. Natum, vt opinor, ex eiusmodi apologo Aesopico: Canis præsepe fœni plenum inscendit: venit bos vt comedat: prohibet canis: cui ille, Dij te cum tua isthac inuidia perdat, inquit, qui nec fœno vesceris, nec eo me vesci sinis. Idèoque lex Fusia, quæ quodam modo inuidia erat, vt dicit text. in §. 1. Infit. de leg. Fus. cani. col. ob id, vt plerique autumant, Canina dicebatur, vt & inibi annotauit Accursius, qui loco hordei, & fœni de palea loquitur, quam nec sibi potest habere canis, nec aliis permittit accipere. Sed & hinc canum inuidia perspicui potest, quòd canariam herbam ab his inuentam, qua fastidium deducunt, in nostro conspectu mandunt, sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit: quòdque percusi à serpente, alia herba mederi sibi dicuntur: sed illam homine inspectante non decerpunt, vt prodidit Plinius libro 25. cap. 8. qui hinc dicit malignitatem huius animalis esse notatam.

De eadem re.

Canis animal inuidum.

Prouerbum.

Aesopi apolo- gus.

214 Et huc quoque referri potest illud Homeri lib. 11. Odyssæ, alibi à nobis citatum, οὐδ' ἐκ αἰνότερον ἢ καυτέρου ἄλλο γυναικός. Id est ad verbum, Vt non grauius siue peius, & caninius aliud muliere!

Nam & illud propter Clytamnestrâ dicit, quam paulò antè λυνώπιον vocauerat, id est, caninos oculos habentem, siue caninè intuentem. Hesiodus autè lib. 2. eius operis, cui titulus est, opera & dies, describens Pandorâ, quam representare vult naturam fœmineam, scribit Mercurium iussu Iouis illi caninam mentè imposuisse: ἔν ἢ θέμεν λυνέου τε νόου, καὶ ἐπίκλωπυ ἦδ' ἔμελλω ἴνωγε. -- Licet sint, qui ad impudentiam hæc referant, vt etiam supra diximus. Sed & huc referri potest, quod supra de Zelotypia diximus, cum de libidine locuti sumus. Nam plerique Zelotypiam inuidentiæ partem esse contendunt.

Pandora mente canina.

215 DESIDIOSAS verò (vt de vltimo vitio differamus) segnèsq; atque pigras esse fœminas, afferunt Aristoteles, Auicenna, Albertus, adiiciens naturalem rationem, & Mantuanus, vbi supra. Et idem Aristoteles li. de Generatione animalium 4. c. 6. vbi scribit mulieres vitam quandam otiosam, & sellulariam degere. Quod & si

Mulieres desidiose.

*Prouerbum.* gnificat vetus Græcorum prouerbum *γυναικός πονή*, id est, mulieris nates, quod in desidiofos, & ignauos, vt scribit Suidas, dicebatur. Ignauum enim, vt cum Erasmo loquamur, est animal mulier, & quod minus mentis habet, hoc inhonestis voluptatibus est addictus. Amat otium, & quemadmodum inquit Hesiodus, virorum laboribus quæ sita sibi infumit. Alexander Aphrodisæus, & Philosophus, & Medicus præstantissimus: si tamen is Alex. est, Problematon l. i. cap. 4. Cur mulieres, inquit, celeriter canescunt? Quoniam natura frigidæ, etiam ab otio complures cogunt superfluitates, mensuris præsertim deficientibus. Sed & idem libr. 2. cap. 103. Cur, inquit, mulierum mensura colliguntur? Quoniam per vitam, quam otiofiorum degunt, amplius materia superuacua redundat. Plutarchus in libro de Euthymia, id est, tranquillitate animi, non multo post princip. scribit mulieres domi plerunque excubare sefuitantes solere, sellulariis in officiis occupatas. Adamantius statim in vestibulo fuorum in Numeros Commétariorū, posteaquàm non omnes diuinis numeris dignos esse tradidit, cum ex præcepto Dei neq; mulieres neq; pueri ad numerum deducantur, illud tamen spiritualiter interpretans, ait: Donec autem inest alicui nostrum vel puerilis, & lubricus sensus, vel fœminea & resoluta segnitias, haberi apud Deum in sancto, & consecrato numero non meretur. Ex quibus constat mulierem symbolum esse, & typum segnitici, & ignauitæ.

*216 De eadem re.* Hinc apud Persas insignis est admodum cōtumelia, audire, se esse muliere ignauioiorem, vt retulit Herodorus libro nono Musarum. Quibus concinens Hippocrates in libro *πρὸ ἁδυνίω*, id est, de natura, siue morbis virginum, scribit muliebrem naturam esse ignauioiorem: ob idque plures fœminas, quàm viros, incidere in terrores illos imaginosos, qui tam vehementer territant homines, vt desipiant, sibi que spectare laruas quasdam infensas, demoniâsque videntur, quo multæ se suspendunt. Quamuis id nonnulli interpretes, & fortè melius ad animum mulierum deiectum atque imminutum referant. Idemque libro primo *πρὸ διαίτης*, id est, de ratione victus, scribit mulieres desidiose vitæ genere vt, ob idque esse humidiore. Et rursus eodem libro scribit eas sectari vitam vmbratilem. Idem in libro de Glandulis, tradit pectora, & mammas, reliquumque corpus, fœminis rariora, frigidiora, molliora, minusque valida esse, quàm viris, propter desidiâ. Hinc quoque Galenus libro 2. Temperamentorum, aut vt vulgò dicunt, Complexionum, non semel, scribit mulieres viris pinguiore, quia sunt vitæ magis desidiofæ.

*217 Fœmine tardæ & cunctatrici.* Et cùm tarditas cunctatioque sit comes accediæ, hinc fœminas admodum tardas, & cunctatrices esse videmus, & testatur Pleusides Plautinus in Milite: *Mulier profectò nata est ex ipsa mora. Nam quæuis alia, quæ mora est, equè mora Minor ea videtur, quàm quæ propter mulierem est.* Et alia plurima, quæ nos in eandem sententiam scripsimus in 3. Lege Connubiali, nu. 33. cuius initium est, ex tot autem, vbi videre poteris. Et per hoc satis abundè, aut potius superfluentè probauimus euidentissimis rationibus, exemplis, & auctoritatibus, mulieres omni vitiorum generi esse addictissimas.

*218 Fœminarū mala plurima à multis in unum congesta.* QVAE CVM ita sint, ideo viri sanctitate, & doctrina insignes, fœminas multis probris, & conuiciis insectati sunt. Tertullianus in libr. de habitu muliebri, post prin. de muliere loquens: Tu es, ait, Diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis defertrix, tu es, quæ ei persuasisti, què Diabolus aggredi non valuit. Origenes in ea Homi. quam in Euangeliū Cananæ conscripsit: Mulier (inquit) caput peccati, arma Diaboli, expulsio Paradisi, delicti mater, corruptio legis. Item in 2. tractatu suorum Cōmentariorum in Iob, dum enarrat illud, Plurimo autè tempore interposito, dixit ad eum vxor eius, &c. Et iterum in ingressu statim tertij tractatus, non inuenustè quidem, multa mulierum vitia describit, sicuti etiam facit Ditus

Diuus Cyprianus in libr. de Singularitate fœminarū. Diuus quoque Chrysofostomus in Matthæum, c. 19. Homilia 32. in enarratione illius loci, Non expedit nubere. Quid, ait, aliud est mulier, quàm amicitie inimica, ineffugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, aut vt alij legunt, detestabile, mali natura, & boni colore depicta? Quod & idem propemodum repetit ex variis in ipsum Matthæum locis, Homilia 26. eademque vlti. Secundus item Philosophus interrogatus quid esset mulier, respondit, *Ἐνδρός ναύτιον, ὀκτὸς ζάλη, ἀμερμηνίας ἐμπόδιον, βίη ἀλώσις, ἀθημερινή ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτέλης πόλεμος, σωεσιμίου θυρίου, συγκλημένη μέριμνα, συμπελομένη λίσσα, λεποσυμμένη σκύλλα, ἴδιον πονηρὸν, ἀναγκαστὸν λακόν.* Id est, Viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, vitæ captiuitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, sumptuosum bellum, conuiuia fera, sollicitudo confidens, leana complectens, exornata scylla, animal malitiosum, necessarium malum. Quæ & ipsa ex eo repetit Maximus Philosophus & Martyr, Locor. commun. cap. 39. Sunt tamen, qui id ad Simonidem referant.

*Necessariū malum cōr mulier dicitur. Prouerbum.*

*219* Quod autem & Chrysofostomus, & Secundus fœminam dicunt esse malum necessarium, vt etiam Philemon Poëta Comicus, & Menander, vt diximus supra ead. l. numer. 16. & 18. (ne id præmittam) ex veteri Græcorum prouerbio est, *ἀναγκαστὸν λακόν*, quod de his dicitur, quæ & ipsa verè mala sunt, sed quæ tamen reicere non possis. Nam quòd ad vxores pertinet, scitum est illud Metelli Numidici in Oratione, quam Censor dixit ad populum de ducendis vxoribus: Si sine vxore possemus, Quiritès, esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commodè, nec sine illis viuì possit: salutì perpetuæ potius, quàm breui voluptati, consulendum. Hæc ille. Quibus & simile est, quod de vxoribus quoque tradit Aristophanes in Lystrata:

*Καὶς ἐκάνο τῷ ὀρθῶς καὶ τὸ λακόν ἐρημένον, ὄψι σὺν πανολεθροῖσι, ἔτ' αἰὲν πανολεθρῶν.* Id est, *Is tunc haud malè, imò rectè, proditum est prouerbum: Nec simul cum pestibus, nec rursus absque pestibus.*

*Prouerbum.*

Quibus item concinunt, & hi versus ab eodem Suida citati: *Κακὸν γυναικὲς, ἀλλ' ὄμως ὃ θνητόν, ὄχι ἐστὶν ἐνθάδ' ἀνίστασθαι αἰὲν λακόν.* *Malum quidem vxores, at tamen, ciues, sine hoc Nulli licet pavare familiam malo.* Alexander autem Seuerus Imperator Romanus, vt scribit Aelius Lampridius, malum necessarium vocabat, rationales, id est, procuratores suos, vt idem auctor paulò antè declarauerat, & apertè quoque ostendit l. 2. C. de modo multa. tanquam scilicet id muneris malum esset, & odiosum, sed tamen necessarium.

*220* Vt autem redeamus, idem Chrysofostomus in ea Homilia, quam in Decollationem Ioannis edidit, sexcenta maledicta in mulieres aggregauit. Diuus item Epiphanius illius contemporaneus, sermonem habuit ad populum, omnium fœminarum vituperatione plenum, vt tradit Socrates in Historia tripartita libr. 10. ca. 63. Idem contra Collyridianos, libr. aduersus hæreses 3. tom. 2. hæresis 79. multa quoque mulierum vitia describit. Diuus item Hieronymus in quadam ad Ctesiphontem epistola contra Pelagianos, ita de mulieribus loquitur, vt omnes ferè contra nostram religionem hæreses, aut à mulieribus ortas, aut saltem altitas videri velit: vt alibi quoque diximus. Et quisquis est, qui titulo ipsius Hieronymi scripsit ad Oceanum, de Vita clericorum: Ianua (inquit) Diaboli via iniquitatis, scorpionis percussio, nociuumque genus est fœmina. Lucianus, aut quisquis is fuit, in Palinuro: Quantas (inquit) secum vxores in maritos fraudes gerunt! quot simulationes! quot proditones! quantam hypocrysim! quot aliorum obfcenosis

*Handwritten marginal note:* B. 9. 2. 0. 1. 2. 3.